UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

Liber XVII. De personarum ex caussa beneficiorum distinctione, & de beneficiis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-97739

Visual Library

randi eſſe reditus quinquaginta ad minus librarum, pro quibus qui ita teſtantur, teneantur annuatim, ſi non adſint ordinato. Et inſuper ſtatutum, vt hic reditus temporalis inalienabilis eſſet, & extra omnem aleam obligationum & hypothecarum, poſt tempus ordinationis presbyteri, & pendente eius vita. Sancitum quoque in iure, vt ſi alterius epiſcopi iuſſu ordinandi generali epiſcopus ſine titulo ordinet, ipſe qui ordinauit, teneatur alere: ſi ſpeciali iuſſu certos ordinet, is qui iuſſit. Quod ſi ordinentur a non ſuo epiſcopo, ex dimiſſione ſeu cum literis dimiſſoriis alterius diœceſeos clerici, non qui ordinat: ſed qui permiſit vt ibi ordinarentur, alere debet, donec titulum vel beneficium nacti fuerint, *ca. ſi epiſcopus. ca. 37. de præben. in 6.*

2 ¶ Dehinc † in maioribus ſcrutinium præcedit ordinationem, per quod archidiaconus qui aſſiſtit epiſcopo, eidem dicit, *Poſtulat ſancta mater eccleſia hunc diaconum vel ſubdiaconum ad onus diaconatus vel presbyteratus aſſumi:* & interrogatus, num dignus ſit reſpondet, *In quantum humana fragilitas noſſe ſinit, ſe eum dignum arbitrari, c. vni. de ſcrutin. in ord. facien.* Quomodo autem &
3 quare fiat, ante indicauimus. ¶ Accedit † ſententia ſuperioris, quę accedere debet: alioquin ſi ſine ea, vt ſi examinationem non fuerit paſſus, dicitur quis furtiue ordines ſuſcipere, & caſtigatur, *tex. & gl. in c. 1. in ver. furtiue, de eo qui furt. ordin. ſuſcep.*

4 ¶ Præterea † temporibus legitimis ordinatio fieri debet ab epiſcopis, nempe maiorum ordinum, tantum in ieiunio quatuor temporum, & ſabbatho ante dominicam de paſſione: minorum tamen fieri poteſt dominicis & aliis feſtiuis diebus, *c. 2. & 3. de temp. ordin.* in quibus maiores ordines non conferuntur ab epiſcopis, quamuis poſſint & tunc a ſum. pont. conferri, *c. 1. eod.* Verum ordinatus a Papa, ſine licentia ſum. pont. ad ſuperiores ordines non promouetur, *c. cum in diſtribuendis, eod.* Ceterum extra prædicta tempora ordinatus ordinis recipit characterem, ſed non niſi pœnitentia impoſita & ea impleta permittitur adminiſtratio, *ca. conſultationi, eod. ca. cum quidam, c. ſi. eod.* quia tempus non eſt de ſubſtantia ordinis, *gloſ. in d. ca. conſultationi*, ſed ex iuris poſitiui conſtitutione. Et proinde tranſgreſſio punibilis. Vt & animaduerſione dignum eſt, ſi duo ſacri ordines vno die conferantur, id enim & prohibitum quoque eſt, *c. literas, ca. 13. eod.* & qui contulit epiſcopus etiam mandato Metropolitani, a poteſtate conferendi ſuſpenditur, *ca. dilectus, c. 15. eod.* Et furtiue etiam quis ob id dicitur ordinatus, *c. 3. & fin. de eo qui furti. ordin. ſuſcep. lib. 5. Decret. ti. 30.*

¶ Obſeruandum † quoque eſt, vt ordines ſerie & gradatim, 5
non inuerſo ordine conferantur, *can. ſolicitudo, 52. diſt.* Qui enim id molitur, pœnitentiæ ſubiiciendus eſt, poſtquam ordo prætermiſſus ſuppleri poteſt, *c. 1. de cler. per ſalt. promoto. li. 5. Decret. tit. 29.* Inordinate tamen ordinatus puniendus, & interim ſuſpendendus, *ca. ſalonitanæ, 63. diſtinct.*

# DE PERSONARVM EX CAVSSA BENEFICIORVM DISTINCTIONE ET DE BENEFICIIS. LIBER XVII.

## Tractandorum in hoc libro ſumma. Cap. 1.

1 *Methodus futuræ tractationis de beneficiis.*

1 SEd † hæc hactenus dicta ſufficiant ſpeciali nota, de perſonarum eccleſiaſticarum diſtinctione, & earum quæ aliquid eccleſiaſticum pertractant. Nunc operæpretium eſt, vt quia in beneficia generaliter incidimus, de illis in vniuerſum quædam perſequamur, vt facilius perſonarum beneficiatorum dignitates & iura appareant. Dicemuſque quid beneficium, eius ſpecies & nomenclaturas, erectiones, exſtinctiones, collationes, & prouiſiones, & quæ in his, qualeſve perſonæ conſiderandæ. Et de vacatione, & iudiciis eorum. In quibus quantum aſſequi potuimus, Deo iuuante, ea quæ vſui quotidiano neceſſaria videbantur, & quibus egemus circumciſis fimbriis, quas poteramus explicare, tranſtulimus.

## De Beneficii finitione. Cap. 2.

1 *Beneficii appellatio lata.*
2 *Beneficii eccleſiaſtici definitio.*
3 *Beneficium habet diſtinctam portionem.*
4 *Beneficium improprie dicitur ſine fructibus & reditu.*
*Canonicus ad effectum & in herba quis, nec proprie canonicus, niſi ad effectum, eod.*
*Canonicatus diu non poteſt eſſe ſine præbenda, eod.*
5 *Qui habet beneficium in exſpectatione, non permutat illud.*
*Mandatarii non ſunt beneficiati quandiu exſpectantur, eod.*
6 *Beneficium eccleſiaſticum conſtat officio diuino, & reditibus.*
7 *Beneficia eccleſiaſtica nec emi, nec vendi poſſunt, quare.*
8 *Beneficia cum quibus oneribus dari poſſint.*
9 *Beneficia eccleſiaſtica gratis conferenda.*
10 *Beneficiatorum quale eſt officium diuinum iniunctum.*
11 *Horas canonicas, ſeu officium diuinum non dicens beneficiarius, an teneatur ad reſtitutionem fructuum ex beneficio perceptorum.*
12 *De reſidentia, ſeu aſſiduitate beneficiatorum in loco beneficii.*
*Beneficium omne, etiam minimum, exigit reſidentiam.*
13 *Reſidentia in loco beneficii quando excuſata, & 14.*
14 *Epiſcopo aſſidens excuſatur a reſidentia, & percipit fructus ſuæ canoniæ, exceptis diariis.*
15 *Beneficia perpetuo, non ad tempus poſſidenda dantur.*
*Beneficium eiurare nemo cogitur, eod.*
16 *In commendam quæ beneficia ad tempus dantur.*
17 *Beneficium eccleſiaſticum non datur iure hereditario proximis.*
18 *Beneficiarius de fructibus beneficii teſtatur in Gallia.*
19 *Beneficia eccleſiaſticis conceduntur, laici interdum eorum capaces.*
20 *Beneficia teneri non poſſunt ſine canonica inſtitutione.*
21 *Beneficii eccleſiaſtici veri nota.*

QVemadmodum † ſacerdotii appellatio arcta nimium vide- 1
tur, ad ſignificandos eos, qui eccleſiaſtica bona in titulum poſſident, vtpote quod omnes non ſint ſacerdotes: ita & beneficii nomen latius eſt, & ad alia, quam ea quæ conceduntur & eccleſiaſticis perſonis conuenire poſſunt, pertinet. Beneficium namque largitionis eſt ſpecies, & beneuola conceſſio gaudium tribuens capienti, capienſq; tribuendo, *§. 1. in quib. cau. ſeu. amitta. Seneca, li. 1. de benefic.* Qua finitione & beneficium principis contineri poteſt, quod latius interpretari debemus, *l. ſi. de conſtitut. princ. in P. ca. cum dilecti, in fine, de donati. c. olim, de verb. ſignif.* item & auxilium legis, quod & beneficium dicitur, quale reſtitutio in integrum, *l. tutores. 8. de reſtit. in integ.* epiſtola Adriani, & feuda ſeu clientelæ, *ſæpe in libris Feudorum, vt tit. de duo. fratrib. de nouo benefi. inueſt.* commodatum, *l. in commodata. §. ſicut commod.* relictum & donum omne, *c. cum liberum, de ſepultur.* Et proinde illa quoque finitio improprie transfertur ad eccleſiaſtica bona, quæ nomine beneficii dicuntur: quia latior ſuo finito, contra regulas finitionum, *l. 1. §. dolum, de dol. P.* Tum etiam quod feudalis illa beneficii finitio, non poſſit quadrare eccleſiaſtico beneficio, bona tamen cum venia eorum, quibus diuerſum placuit. Quorum ex albo eſt Paulus Romanus antiquus interp. *in trac. de penſio. eccleſ.* qui ait, beneficium dici, quod bona faciat: alii autem ad hoc omnino transferunt, vt Panormitanus *in c. ad audientiam, de præſcri. & cap. vnic. de commod.* Polyanthea *tract. de benef.* Ioannes de Selua, *tract. de benef. par. 1. q. 1.* Proinde diuidimus beneficium, in eccleſiaſticum, de quo locuturi ſumus, & non eccleſiaſticum, de quo alibi. ¶ Beneficii itaque eccleſiaſtici alia erit fini- 2
tio, vt ſit diſtincta, & ſpirituali muneri coniuncta iurium eccleſiaſticorum portio, certis ædibus ſacris in hoc aſſignata, vt perpetuo per clericos ad vitam vtenda clerico legitime aſſignetur.
¶ Diſtincta † portio eſt in primis: nam antequam diſtinctio fiat, 3
non eſt beneficium, *ca. ex parte Aſtenſis, de conceſſ. præben.* Diximus autem & paulo ante quomodo diſtincta ſunt beneficia, & decimæ per ſummos pontifices, per loca, & regiones per Euariſtum & Dionyſium. Portio porro hæc, fructus continet. ¶ Ideo 4
beneficium ſine fructibus improprie eſt, *cap. ſi quis obiecerit, 1. quæſt. 3. Panormitan. cap. de multa, de præben. vide Gomeſ. ad regul. cancell. de anna. poſſeſſor. cap. relatum, de præbend.* Quare canonicus creatus ſub ſpe, ſeu, vt dicunt, cum exſpectatione præbendæ, qui dicitur canonicus in herbis, receptus. Item man-

mandatarii Apoſtolici, in eccleſia vbi completus eſt numerus canonicatuum, vel præbendarum non vacantium, non cenſentur beneficiati, nec capiunt diaria, ſeu quotidianas diſtributiones, nec annonam, quam groſſam vocant, vel de menſa, vt concluſum in Rota eſt. *in deciſ. Rotæ, 445. tit. de præb. in nouis.* Subſcribit & Ioan. Staphileus auditor quoque Rotæ, *in 1 for. gratiar. exſpectatiuar.* & Panormitanus *in ca. cum Martinus, de conſtit.* Quamuis enim præbenda poſſit eſſe ſine canonicatu, *c. ſuper ſpecula, de magiſtr. & d. c. cum Martinus,* tamen canonicatus ſine præbenda eſſe non poteſt, *cano. ſi quis obiecerit, 1. q. 3. & can. relatum, de præb.* naſcitur namque præbenda ex canonicatu, tanquam mater ex filia. *d. c. relatum, & ca. dilectus, de præb.* Atque ideo epiſcopi ſine epiſcopatu, vt comites Palatini ſine comitatu, impropriе dicuntur epiſcopi, & comites. *Iaſon in l. id quod, num. 23. de leg. 1.* Vt & alii nomine tenus tantum tales. *vide gloſſ. in can. pudor, 32. q. 2.* Accedit, quod qui habent canonicatum ſub exſpectatione præbendæ, non habent ius in re, ſed ad rem. *ca. fin. de conceſſ. præb. in 6. ca.*
5 *quondam, eod.* ❡ Nec † qui huiuſmodi habent exſpectatiuas, poſſunt beneficium exſpectatum (cum beneficiati non dicantur) cum alio permutare, vt tuentur interpretes, *Doctor. in ca. vni. de rer. permut. in 6.* quia nec ius ad rem permutari poteſt, ſecundum Fridericum de Senis *in tractat. permut.* Quocirca quamuis iure communi nemo poſſit habere duo beneficia, cum animorum cura, vtpote incompatibilia, *tot. deciſ. 445. in nouis, ca. dudum, de elect. c. de multa, de præben. ap. Gregor. ca. gratia, de reſcript. in 6.* tamen qui vnum cum cura habet, poteſt nihilominus aliud per mandatum impetrare, nec primum ideo vacat, niſi conſequatur reipſa quod exſpectat. *c. non poteſt, de præben. in 6. gloſſ. in clem. ſi plures, eod. in conſtit. Ioann. 22. in c. exſecrabilis, de præben. in extra-*
6 *uag. commu.* ❡ Dicitur † in finitione poſtea, quod hæc portio beneficiaria ſit ſpirituali muneri coniuncta, quia duo ſunt quę faciũt beneficium, diuinum obſequium & prouentus. *can. ſi quis obiecerit, 1. q. 3.* Et merito eccleſiaſtici prouentus illis ſubtrahuntur, quibus ſubtrahitur eccleſiæ communio, *c. paſtoralis, de appella.* cum non detur beneficium, niſi propter officium, quod qui non exſequitur, & priuari beneficio debet; *c. fin. de reſcript. in 6. cano. eos, cano. ſi quis ſacerdotum, 81 diſtinct. cano. eos qui poſt diaconatum, 32. diſtinct. cap. latores, de cleric. excommu. miniſt.*

7 ❡ Hinc † colligere facile eſt, omnem pactionem pecuniariam, & nundinationem a beneficiis cõferendis, vel transferendis procul ablegandam: eccleſiaſtica quippe hæc munera diuini iuris ſunt, nec merce vel pretio comparari poſſunt citra labem & notam ſimoniæ. *Actuum 8. can. ſanctorum, 1. quæſt. 1. can. quam pie, 1. q. 2. cano. ſi quis obiecerit, 1. q. 3. c. fin. de pact. ca. conſulere, de ſimo. ca. conſtitutus, & c. veniens, de tranſactio.* Neq; ſacra in cõmercio hominum ſunt. *l. inter ſtipulantem, § ſacram, de verb. oblig.* Explicat autem latius Ioannes a Selua illam quæſtionem, Num beneficium ſit quid ſpiritale, quam ideo conſulere potes. *in 1. part. tract.*
8 *de benefic. quæſt. 7.* ❡ Recipitur † nihilominus expreſſio oneris in collatione eius quod ineſt naturæ beneficii, veluti ſi Theologalis lectura conferatur cum onere lecturæ, reſidentiæ, & prædicationis verbi Dei. *gloſſ. in § ſequitur, certificationes, verſic. aliter, in verbo voluerit, de collat. in pragmat. ſanction.* Sic & de aliis quibuſdam, quæ poſſunt tacite exprimi ſine vitio ſimoniæ. *cap. ſignificaſti, de election.* Vt & Deus ſub conditione Diuo Petro dixit: *Si diligis me, paſce oues meas?* Et vt plerunq; quæ tacite accedunt, nominata, ſeu expreſſa non officiunt *l. mutuo, § ſub conditione, de tutel.*
9 ❡ Ex † præcedentibus colligitur quoque, beneficium a collatore gratis debere conferri, neque eum ſibi quicquam ex collatione reſeruare poſſe, *c. 1. & tot. rub. & eccleſ. benef. ſine quaq; diminut. confer. c. ad hæc, de præb. apud Greg.* nec ſibi conferre, *c. final. de In-*
10 *ſtitut. c. præfati, de collatio. in concord.* ❡ Prætereundum † porro non eſt diuinum officium dici, quod beneficiatis adhæret, horas canonicas, ſeu ex regula precationes. *c. 1. de celebrand. miſſ. ap. Gregor. & in Clemen. & extrauagant. commun. can. fin. 92. diſtinct. Panormit. in dict. c. 1. num. 7. de celebrand. miſſ.*

11 ❡ Defenditque † Calderinus, *in d. c. 1. de celebrand. miſſ.* clericum nulla rationabili cauſſa excuſatum, non exſequentem hoc penſum, id eſt, non dicentem horas canonicas, teneri ad reſtitutionem fructuum ex beneficio perceptorum: quia, inquit, propter non reſidentiam priuantur clerici beneficio, & eius fructibus, *c. vni. de cleric. non reſiden. in 6.* & datum ob cauſſam, cauſſa non ſecuta, repeti poteſt. *l. 2. § fin. de donati. & toto titu. de condict. ob cauſſ. dat.* Quam tamen opinionem iure non ſequitur Cardinalis, eiuſque aſſecla Panormitan. Sed cum diſtinctione, de qua in cap. 1. de celebrat. miſſa. numero octauo, tractat Panormitan. Cum quod omittentibus diuinum officium alia pœnitentia imponatur, *can. ſi quis in clero, 7. q. 1.* tum etiam quod diuinum hoc officium non fuerit ſola cauſſa inſtituendi beneficii, ſed vt pauperes clerici de patrimonio Chriſti nutriti mendici non ſint. *ca. 2. de prebend. cano. diaconi, d. 93. diſtinct.* Et certe alia ſunt officii preſbyteralis præter preces, vt diximus, veluti ſacrificium miſſæ, exomologeſes, & ſimilia. Quo fit, vt etiam ego iſtorum poſtremæ ſubſcribam ſententiæ. Porro quomodo, & quo ritu dici debeant horæ canonicæ, & in quo verſentur, iura exprimunt. *in can. penul. 12 diſtinct. clem. vlt. de celebr. miſſ. titu. quomodo diuinum officium dicendum ſit, cum 4 ſeqq. in pragm. ſanctio. & titu. qual. horæ dicen. ſunt extra chor.*

❡ Adiicimus † finitioni deinde, portionem hanc eſſe certis æ- 12
dibus aſſignatam, ex quibus naſcitur titulus & nomen beneficii: ad hoc caput refertur dotatio eccleſiæ. Proinde quia ædibus aſſignatur portio, exigimus in beneficiatis, in illis aſſiduitatem ſeu reſidentiam ne conductitiis preſbyteris eccleſiæ cõmittantur, *c. penult. & fin. 12. q. 2. c. quoniam, ne præl. vic. ſuas.* & vt fiat ſatis voluntati fundatorum. Quæ ſi omittatur contumaciter, inducit beneficii priuationem, *ca. 2. & c. ex tuæ, & ca. relatum, de cleric. non reſident. c. conquerente. ca. ex parte, eod. tit.* omne enim beneficium, quantumuis ſit minimum, exigit aſſiduitatem iure communi. *c. quia nonnulli, & c. quia in tantum, & fere tot. tit. de cler. non reſid. c. ex parte de offic. vicar. ca. peruenit. de appella. ca. ſanctorum, 70. diſtinct. ca. exſecrabilis, circa finem, de præbend. in extrauag. commun.* Sic Iuſtinus Cæſar, *l. generaliter ſancimus, l. 40. de epiſcop. & cleric. C.* ſancit, eos tantum clericos & monachos immunitatis beneficio a cura & tutela gaudere, qui apud ſacroſanctas eccleſias, vel monaſteria permanent, non vagantes, & qui circa diuina miniſteria non ſunt deſides: *Cum propter hoc ipſum,* inquit, *illis indulgeamus beneficium, vt aliis omnibus derelictis, Dei omnipotentis miniſteriis inhæreant.* Apud Liuium *lib. 5. Camillus dixit. Flamini Diali, noctem vnam manere extra vrbem, nefas eſt.* Potuit tamen collegium Pontificum ex cauſſa gratiam facere, iuxta ea quæ tradit Corn. Tacit. *lib. 3. annal.* his verbis: *Et quando de religionibus tractabatur, dilatum nuper reſponſum aduerſus Seruium Maluginenſem Flaminem Dialem, promiſit Cæſar: recitauit decretum Pontificum. Quoties valetudo aduerſa Flaminem Dialem inceſſiſſet, vt Pontificis maximi arbitrio, dumne pluſquam binoctium abeſſet: dumne diebus publici ſacrificii, neu ſæpius quam bis, eundem in annum. Quæ principe auguſto conſtituta ſatis oſtendebant annuam abſentiam, & prouinciarum adminiſtrationem Dialibus non concedi.*

❡ Neque † tamen me latet, conniuentia quadam, quam tu- 13
entur conſuetudine & ſtatuto eccleſiarum, quædam beneficia eſſe, quæ aſſiduitatem non exigant, *ca. cum iamdudum, de præben.* quando indulgetur pluralitas beneficiorum, vel ſi vnio fit ex cauſſa. *late per gloſ. § ſed & inſuper, in ver. pluralitatis, de collat. in pragm.*
*ſanctio. c. exſtirpandæ, § 1. de præb.* ❡ Scio † & caſus eſſe, in quibus 14
venia abſentiæ ab epiſcopis, & iure conceditur, vt ei qui in ſeruitio epiſcopi eſt, qui omnes prouentus nihilominus accipit, exceptis quotidianis diſtributionibus, vel diariis. *c. de cetero, de cleric. non reſident. c. ad audientiam, eod.* Ei quoque qui familiaris Papæ eſt, indulgetur, *ca. cum dilectus, 14. eod.* & eis qui ſtudiorum cauſſa, ex conſenſu, & licentia epiſcopi abſunt, *ca. relatum, eod. tit. c. ſuper ſpecula, de magiſtr.* dummodo in ciuitate, vel loco vbi legitur publice reſideant, non aliter. *c. tuæ fraternitatis, de cler. non reſid.* Excuſantur & infirmi, eccleſiæ negotiis vacãtes, de quibus & quando recipiant diſtributiones quotidianas, & integros fructus, tractatur in clem. 1. de cler. non reſid. & c. cum non deceat, de elect. in Clem. Qui tamen omnes, non obſtante priuilegio, ſi eccleſia patiatur miniſtrorum defectum, reuocari ad eccleſiam poſſunt, *ca. ex parte, eod. tit.* alioquin ex fructibus beneficiorum tantundem impenditur, quod ſufficiat miniſtris ſubrogandis, reſeruato abſentibus reſiduo. *ca. pen. eod.*

❡ Meminimus † ſubinde in finitione, perpetuo apud clericos 15
iſtam portionem remanere beneficii, vt oſtendamus beneficia in perpetuũ vtenda, non ad tempus concedi, vt poſſeſſores non poſſint ad ceſſionem cogi. *ca. fin. de cleric. ægrotan. c. vni. de capell. monacho. lib. 6. c. ſcripſit, c. qualiter, can. quamuis triſte, 7. q. 1.* Neque alius viuente titulato in locum eius ſubrogari, non ſecus, quam matrimonio conſtante, alius non poteſt in locum coniugis ſubrogari, *cano. ſicut vir, 7 quæſt. 1.* quia nec matrimonium ad tempus contrahi poteſt. *c. fin. de condi. appoſ.* Nec alii quidam actus le-

gitimi. *l. actus legitimi, de regul. iur.* Sed nec inter ethnicos olim
licuit apud Romanos cuiquam viuo Pontificatum adimere, quã-
tumuis ſcelerato: ideoque Iulius Cæſar recuſauit pontificatum
Lepidi, eo viuente, ſibi a populo oblatum. *Dion Caſſius libr.* 49.
16 ¶ Neque † tamen ignoro, ob ſingularem ſummam poteſtatem,
quæ Pontifici maximo conceditur, licere Papæ ad tempus etiam
conferre beneficia, quod dicimus dare in commendam, *ca. ſi
gratioſe, de reſcript.* eumque poſſe permittere beneficia, retinere
vſque ad voluntatem ſui beneplaciti, *c. paſtoralis, 7. q. 1.*
17 ¶ Ceterum † verba illa finitionis, per clericum ad vitam vten-
da, edocent clericum non poſſe vltra vitam fructibus gaudere,
vel de illis vltima voluntate diſponere, *ca. 1. & 2. & ca. cum in offi-
ciis, de teſtam. c. pen. de pecul. cler.* vel eius proximos iure ſucceſſio-
nis beneficium nanciſci, *ca. 1. de ſucceſſ. ab inteſt. auth. licentiam, de
epiſco. & cler. C.* nam ſanctuarium Dei iure hereditario obtineri
non poteſt. *c. conſuluit nos, de iur. patron. can. Apoſtolica, 8 q. 1. c. ex*
18 *tranſmiſſa, de fil. presbyt. c. ad exſtirpandas, eod.* ¶ De † fructibus ta-
men perceptis poſſe nunc beneficiatum teſtari, ait Ioan. Andreas.
*in gl. c. præſenti, de offic. ordin. in 6.* Quod negat fieri debere Panor-
mitan. *in c. fi. de pecu. cleric. vide & eundem in c. cum in officiis, de te-
ſtam.* Sequimur in Gallia tamen Andream.
19 ¶ Indicant † & poſtrema finitionis verba, beneficia non niſi
clericis conferri poſſe, atque laicos prorſus eorum eſſe incapa-
ces, *c. cum adeo, de reſcript. ca. ex literis, de tranſ. ca. 2 de inſtitut. cle-
ment. quia contingit, §. vt ante, de religio. domi.* iure communi vide-
licet. Nam & ſpeciali priuilegio laici poſſunt poſſidere beneficia:
vt notant Innocentius, & Abbas, aliique. *in cap. quanto, de conſuet.
gloſſ. in cano. bene quidem, 96. diſtinct. in verb. præter Romanum.*
Sicuti & in multis regni ſui eccleſiis rex noſter canonicus eſt. Et
beneficia poſſident eccleſiaſtica ex priuilegio Senatores curiæ
conſilii magni, etiam vxorati. Et hæc omnia obtinent, dummo-
20 do legitime fiat inſtitutio. ¶ Nam † beneficium ſine canonica in-
ſtitutione obtineri nõ poteſt, & ab eo qui poteſtatem habet con-
21 ferendi. ¶ Sicque † in ſumma Panormitanus, conſil. 47. quod
incipit, *Illud quæritur*, beneficium eccleſiaſticum ſex notis co-
gnoſcitur. 1. vt iure communi conferatur a poteſtatem habente,
2. vt qui confert, nihil poſſit iure ſibi ex eo retinere, 3. vt tantum
de eo clerico prouideri poſſit, 4. quod habeat aliquid ſpiritualita-
tis annexum, 5. quod ſit perpetuum, 6. quod omnis pactio, ſeu
nundinatio reiiciatur, de quibus & Ancharanus, in regul. primã
de reg. iur. in 6. q. 1. & Decius in rubr. de reſcript.

## De diuerſa Beneficiorum nomenclatura, vnde perſonæ eccleſiaſticæ diuerſas appellationes capiunt. Cap. 3.

1 *Beneficiorum eccleſiaſticorum diuiſio in proprie & impropriè beneficia.*
*Proprie beneficia maiora, & minora quæ, eod.*
*Prælati appellatio non pertinet ad eccleſiæ rectorem ſimplicem, eodem.*
2 *Beneficiorum 3. diuiſio, in habentia curam animorum, & non habentia.*
*Cura animorum quid, eod.*
3 *Beneficia cum cura, nõ niſi presbyteris actu, vel qui intra annum tales fiant conceduntur.*
4 *Curionis officium.*
5 *Curata beneficia ratione iuriſdictionis quæ habeant.*
6 *Beneficia non curata, ſimplicia dicta.*
7 *Beneficia regularia & non regularia quæ, & ex præſcriptione talia.*
*Beneficia regularia regularibus, ſecularia ſecularibus debita, eodem.*
8 *Commenda, vel beneficium in commendam datum, quod.*
9 *Beneficia duo, vnum in titulum, aliud in commendam habere quis poteſt.*
10 *Commendatur beneficium dupliciter, in vtilitatem eccleſiæ, aut propoſiti.*
11 *Beneficia, villæ muratæ, & non muratæ, & quibus villæ muratæ conferri poſſunt.*
12 *Villa murata quæ dicatur.*
13 *Beneficia alia eccleſiæ collegiatæ, alia non collegiatæ.*
14 *Eccleſia ſimplex, vel capella quæ.*
*Collegiata eccleſia quæ.*
15 *Eccleſiæ conuentuales, religioſæ, monaſteria, cœnobia.*
*Eccleſiæ cathedrales quæ, eod.*
16 *Beneficia alia cum dignitate, alia cum perſonatu, alia cum officio, adminiſtratione, præpoſitura.*
17 *Dignitas eccleſiaſtica & alia quid.*
18 *Beneficia nominata, & innominata quæ.*
*Aſſiſii eccleſiarum qui, eod.*
19 *Beneficia electiua, & non electiua, quæ.*
20 *Beneficia patronata, & non patronata.*

SEd † non vno modo beneficia appellata ſunt, ſed variis, & pro- 1
inde perſonæ quæ ea poſſident, varie quoque nuncupatæ. A-
periamus igitur neceſſe eſt diuiſiones eorum. Prior, quædam
proprie beneficia, quædam improprie dicta. Proprie dictorum
beneficiorum, alia maiora, alia minora vocantur. *c. penult. de verb.
ſign. in c. maioribus, de præben.* Inter maiora, ſummus Pontificatus,
qui & beneficium dicitur. *c. 1. de maled. cano. cleros, §. Pontifex, 21.
diſt. cano. & can. nemo, ſacroſancta, 22. diſtinct.* Maiora a minoribus
ex collatione diſtinguuntur. Et certum eſt quoque, quæ nomen
habent prælaturæ, maiora dici poſſe, vt pontificatum ſummum,
patriarchatum, archiepiſcopatum, epiſcopatum, abbatiam: præ-
lati autem appellatione non continentur eccleſiarum rectores.
*gloſſ. per textum in clem. dudum, §. nos autem, in verb. prælati, de ſe-
pult. in clem.*
¶ Tertia † diſtinctio, vt alia beneficia habeant curam animo- 2
rum, alia minime. *ca. cum ſingula, de præb. in 6. ca. de multa, eod. ca.
cum ſatis, de offic. archi.* Cura animorum dupliciter conſideratur,
vt notat Innocentius, *in dicto cap. cum ſatis.* Primum, quando is,
qui beneficio præficitur, tenetur ſacramenta præbere certis per-
ſonis, nempe parochianis eius loci: item prædicare, proponere
verbum Dei, confeſſiones audire. *clem. dudum, §. verum, de ſepult.
apud Greg. c. 2. de paroch. c. omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. ca. pla-
cuit, de pœnit. diſt. 6.* ¶ Quocirca † & iſta beneficia requirunt præ- 3
fectos eſſe actu ſacerdotes, ſeu presbyteratu inſignitos, vel qui ta-
les fiant poſt adeptum ſacerdotium intra annum. *cap. licet canon,
de elect. in 6.* Non enim aliter poſſunt deſeruire beneficio, ligare
vel ſoluere, vel paſcere, niſi poteſtatem acceperint. Annus autem
computandus ex eo tempore, quo quis adeptus eſt pacificam be-
neficii poſſeſſionem, vel per eum ſtetit quominus haberet. Et
ceſſante alio legitimo impedimento promotionis ad presbyte-
ratum. *c. commiſſi. de elect. in 6. vide quæ late de his tractat Rebuffus,
in praxi benef. in tit. de non promot. intra annum, quan. priua. vel ex-
cuſ. cenſean. & in tit. de diſpenſa. de non promouendo.* Vocamus hos
beneficiatos, rectores, curatos ſeu curiones, vicarios perpetuos,
paſtores, vt ſuo loco diximus. ¶ Paſtoris † autem officium legen- 4
dum apud Ezechiel. c. 3. ¶ Secundo † curata beneficia dicuntur, 5
reſpectu curæ iuriſdictionis contentioſæ ſeu forenſis, quæ bene-
ficiis quibuſdam annectitur. *c. exſecrabilis, §. fin. de præb. in extrau.
commu. c. dudũ, de elect. in 6.* Huiuſmodi cõpetit viſitare, inquire-
re, procurationes recipere, ſuſpendere, abſoluere, excõmunicare,
& abſoluere, *d. c. dudũ.* quę etiã ſine beneficio aliquando poſſunt,
*nota. in c. cum ſatis, de offic. archi. c. 1. eo.* Non curata beneficia ſunt, 6
quorum præfecti prædicta munera non habent, ſed horis dicen-
dis tantum obſtricti ſunt, *c. 2. de inſtitu.* Dicta beneficia ſimplicia,
*c. fin. de præb. ap. Gregor.* Ex his duobus compoſita beneficia, quæ
principaliter ſine cura ſunt, vt prioratus, ſed habent annexam cu-
ram animarum, pro qua habent vicarios perpetuos. *ca. ſuper eo,
c. 6. eo. in 6. ca. exſtirpandæ, §. quia vero, eo. tit. ap. Gregor.*
¶ Quarta † diuiſio, beneficiorum alia eſſe regularia, alia ſecu- 7
laria: regularia regularibus, id eſt, monaſtici inſtituti perſonis de-
bentur: ſecularia aliis clericis ſecularibus, id eſt, qui monaſticam
vitam vel regulam non ſunt profeſſi. *c. cum de beneficio, eod. in 6. §.
ſtatuimus, de colla. in concordatis, Galliæ, & ſum. Pontif. Clem. 1. de
elect. apud Clem.* Hæ qualitates beneficiis, vt plerunque accedunt
ex præſcripto fundationis, ſi in ea regularibus deputetur perſonis
vel ſecularibus. *gl. in §. idem ordo, in verb. regularibus, de collat. in
pragmat. ſanctioni. Ioan. de Sel. in tractat. de benefic. q 4. num.* 13.
Interdum tamen regularia a ſecularibus, & contra ſecularia a re-
gularibus poſſidentur perſonis legitime, per pręſcriptionem quę
recepta eſt, ſi per quadraginta annos continuos ſecularis eccleſia
a regulari perſona ſit poſſeſſa: vt tunc immutata cenſeatur quali-
tas, & cenſeatur regularis, hoc eſt, quæ a regularibus poſſit habe-
ri. Et contra, ſi regularis per tot annos a ſeculari ſit poſſeſſa, *Rota,
in deciſio* 32. *incip. fuit dubitatum, in nouis, Ioan. Staphil. tractat. de
lite. grat. & form. exſpecta. forma* 8. nam ordinarii iuris eſt quadra-
ginta annorum tempus ſufficere in pręſcriptione rerum eccleſia-
ſticarum inter eccleſias. *ca. de quarta, de præſcript. c. cum eccleſia,
de can.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

de cau.poſſeſſ.authent.quas actiones, de ſacroſanct.eccleſ. Dummodo
in hac poſſeſſione beneficii concurrat cum tempore titulus, id
eſt,inſtitutio & bona fides: alioquin enim non mutaretur quali-
tas beneficii ſolo tempore, vtpote ſubſtantialibus deficientibus
præſcriptionis titulo & bona fide. c.vigilanti, de præſcript. late do-
cet in ſpecie propoſita Rebuffus,in §.volumus,de collat.in concordat.
8 Gall.in ver.regularia. ¶ Porro † ex regularibus & ſecularibus be-
neficiis,tertia quædam ſpecies conflari poteſt beneficiorum in
commendam,vt dicimus,datorum,quando ſum.Pontifex ex pri-
uilegio regulari perſonæ beneficium dat ſeculare: vel contra, ſe-
9 culari regulare. ¶ Hinc † intelligimus, quod circumfertur, duas
eccleſias aliquem habere poſſe, in titulum vnam, aliam in com-
mendam. can.qui plures, 21.q.1.c. nemo deinceps,de electi.in 6. vbi
gloſ.in ver.commendare,plura tradit, de commend. ¶ Commen-
10 dantur † autem eccleſiæ bifariam, aut in vtilitatem eccleſiæ, aut
in vtilitatem commendatarii: in primo caſu non eſt titulus bene-
ficii,ſed potius cuſtodia, a qua quis remoueri poteſt. Diuerſum
in ſecundo,vt explicat late Gomeſius,in reg.cancell. de public.reſi-
gna.q.4.& in regu. de triénn.poſſeſſ.reg.5.& gloſſa pragmaticæ ſan-
ctionis concilii Baſilienſis. gloſ.in §.licet,in ver.euidenti cauſſa, de
11 elect.in pragm.ſanct. ¶ Alia † quinta diuiſio ſeu diſtinctio a loco,
vt alia dicantur villæ muratæ,alia non muratæ: ſic enim expedit
diſtingui ob præficiendorum diſtinctionem. Nam quę villæ mu-
ratæ ſunt,non poſſunt conferri in Gallia, niſi graduatis in aliqua
probata Academia, aut qui triennio ſaltem in Theologia, aut in
altero iurium, ciuilis vel Pontificii, aut in vtroque ſtuduerint. §.
ſtatuimus, in 2.de collat.in concord.§.in eccleſiis, de collat.in concil.
12 Baſilien.ſeu pragma.ſancti. & conſtit.reg. ¶ Villæ † hic nomen,
more Gallico,pro ciuitate intelligitur, vel oppido muris cincto,
populoſo.Sicuti & in iure Pontificio aliquando, vt in c.venerabi-
li,ca.23.de cenſib.lib.3.Decret.titu.29.& in c.ad audientiam,in 1.de
eccleſ.ædifica.non pro villa ruſtica,vel ædificio ruſtico,vt apud La-
tini ſermonis auctores,apud quos,Varrone teſte, lib.1.de re ruſti.
cap.2. villa quaſi vehilla, a vehendo: quod in eam fructus ex agro
inuehantur, & inde in vrbem euehantur. Ioannes 22. ſum. Pon-
tifex,ca.ſaluator,de præbend.in extrauag.communib.ciuitates vide-
tur eas tantum nominare,vbi epiſcopus ſit. Alii autem videntur
muratam villam dicere, in qua ſit mercatus, & nundinæ: quod
certe non eſt verum perpetuo.
13 ¶ Sexta † diuiſio, alia eſſe beneficia eccleſiarum collegiatarũ,
alia non collegiatarum, quæ & ſimplices dictæ eccleſiæ: quarum
differentiam vel patroni ſolius diuerſus aſſenſus indicat. ca.nobis,
de iur.patron.
14 ¶ Simplex † eccleſia & capella dicitur,in qua vnus,vel duo,vel
plures clerici ordinãtur, non vt corpus faciant vel collegium,qui
nec ſyndicum, nec ſigillum commune habent, c.dilecta, de exceſ.
prælat. non enim omnis adunatio clericorum facit collegium, a-
lioquin vbique eſſent collegia. Vix enim poteſt eſſe preſbyter ſeu
ſacerdos ſine duobus vel vno clericis,qui ſecum pſallant, & in al-
tari adminiſtrent, erudiantque filios parochorum.ca.vnuſquiſq;,
de vita & honeſtat.cleric. Qui tamen collegium non faciant: quia
in collegio faciendo forma exigitur ſuperioriſque licentia. l.1.de
colle.illic.in P.l.1.§.quib.permiſſum eſt,quod cuiuſ.vniuerſ.nomi.in
P. Nec numerus perſonarum eum conſtituit, cum ſufficiant tres
in eo conſtituendo, c.1.de electi. ap. Greg.l. Neratius, de verbo ſi-
gnif. & per vnum ius collegii retineri poſſit. l.1.§.ſicut,quod cuiuſ-
15 que,vniuerſ.nomi.in 1. ¶ Porro † eccleſiæ collegiatæ, regularium
perſonarum dicuntur conuentuales, c.nobis,de iur.patron. cœno-
bia: aliæ capitula. Panorm.in c.edoceri,& ca.capitulum, de reſcript.
Omnis eccleſia cathedralis collegiata eſt: quia epiſcopus caput,
membra,& conſilium eius,capitulum, quod debet in inſtitutio-
ne & deſtitutione clericorum adhibere ſecum, ca.nouit,c.4.& c.
quanto,5.de his,quæ fiunt, a prælat.ſine conſ.capit.lib.3.Decretal.tit.
11.Cardi.in clem.vt ii,col.3.in 2.quæſtio.de ætat.& qualit.quanquam
omnes eccleſię collegiatæ cathedrales non ſint.
16 ¶ Septima † diuiſio, vt alia dicantur habere dignitatem, alia
perſonatum,quædam officium, adminiſtrationem alia, alia præ-
poſituram, c.1.de conſuetud.in 6.ca.de multa,de præb.c.exſecrabilis,
eo.in extrauag. communib. quorum differentiam vide apud Sicu-
lum, Ab.Panorm.in c.de multa, in 1.de præb.& Archidiacon.in c.
17 1.de conſuetud.in 6. ¶ Dignitatis † nomen poteſt late accipi,
pro qualibet prærogatiua in eccleſia, quæ alio nomine perſona-
tus dici poteſt. gloſſ.1.in c.quia nonnulli.& in ca.ad aures,de reſcri.
& in ca.de multa,de præben. Verum ſingulariter dignitas dicitur,
facultas adminiſtrandi in aliqua eccleſia cum aliqua iuriſdictio-
ne,gloſſ.& Archidiac.in d.c.1.de conſuet. tutius tamen erit in vi i-
ſtorum nominum,dignitatis,perſonatus, officii, ſequi mores ec-
cleſiarum,& in qua ſignificatione,ſententia,& obſeruatione hu-
iuſmodi ſint nomina. Inter dignitates ea quæ præeſt,dicitur præ-
latura, quare epiſcopus & abbas prælati erunt. c.2.de iudic. apud
Gregor.de his in tit.de regia ad prælatu.nominatio.in conuentio.Gall.
& Pontificis ſummi.
¶ Octaua † beneficiorũ diuiſio,vt alia ſint nominata: alia inno- 18
minata. Innominata dicuntur,q̃ generali tantũ nomine beneficii
ſignificantur,vel canoniæ,vel præbendæ. c.ex multis, §.conſtitui-
mus,1.q.3. Sunt & inter innominata, quæ poſſident aſſiſii dicti,in
eccleſiis, de quib.in c.pen.de cler.non reſid. & quæ habent in eccle-
ſiis in minoribus conſtituti, quæ vocantur tituli. c.2.de præbend.
Nominata ea dicuntur,quæ vltra generalem appellationem be-
neficii,proprio nomine intelliguntur,vt epiſcopatus,patriarcha-
tus,abbatia,cura animorum,prioratus,& alia ſimilia.
¶ Nona, † alia eſſe beneficia electiua, ad quæ per electionem 19
quis vocatur: alia ad collationem pertinentia. c.cum in illis,c.16.§.
illis vero, de præb.in 6. Et electiua dicuntur, quæ facta electione
exigunt confirmationem ſuperioris. glo. in clem. quia contingit. §.
vt autem, in verb.electio.de religioſ.domi.Cardin.in clemen.1.§.ad-
hoc, de præben. Per electionem electus conſequitur ius habitu in
prælatura: per confirmationem,exercitium illius actu. nota. in ca.
quanto, 63.diſtinct. Cyn. & Bart.in l.priuatorum, de iuriſd.omn.
iudic.C.
¶ Subinde † decima diſtinctio, vt alia ſint patronata, alia ſine 20
iure patronatus, libera in collatione ordinarii. Patronatum eſt
beneficium, ad quod vacatione adueniente, præſentat idoneum
clericum epiſcopo patronus, & ſine cuiuſque præſentatione re-
cte non inſtituit epiſcopus, can. decernimus, 16.q.7. præterquam
in caſu negligentiæ patroni,& ſi per eam deuoluatur poteſtas ad
eum vt ſuperiorem,& aliis caſibus,de quibus proximo agetur ca-
pite Deo fauente.

## De Iure Patronatus eccleſiæ Cap. 4.

Lib.3.Decretal.tit.38.

1 *Ius patronatus eccleſiaſticum quid.*
2 *Ius patronatus eccleſiaſticum adhæret ſpiritualitati.*
*Ius patronatus quare exigit inſtitutionem epiſcopi.*
3 *Ius patronatus per ſe vendi non poteſt, vel cedi.*
4 *Ius patronatus indiuiſibile, & quomodo ad plures heredes hoc ius pertineat.*
5 *Patroni plures in præſentando debent conuenire.*
6 *Patronis pluribus exſiſtentibus, a maiori parte eorum præſentatus inſtituendus eſt.*
7 *Ius patronatus honorem habet in prærogatiua præſentandi.*
*Præſentatio patroni requiritur in patronato beneficio conferendo, eod.*
*Præſentatio quale ius conferat præſentato, eod.*
8 *Beneficia & eccleſiarum cura ad ſolicitudinem pertinent epiſcopi.*
9 *Patronus ſeipſum præſentare non poteſt.*
*Epiſcopus ſibi conferre non poteſt beneficium, eod.*
*Ex patronis pluribus vnus illorum ab aliis præſentari poteſt, eod.*
10 *Præſentatio inſtituendi, & per patronum, & per procuratorem eius fieri poteſt, & per literas.*
11 *Patroni laici, & clerici: & intra quæ tempora præſentare illi debeant.*
*Patroni clerici non variant in præſentatione, laici contra, eodem.*
12 *Patronus laicus variare poteſt tantum, antequam vnus ex præſentatis inſtituatur, non poſtea.*
13 *Præſentato indigno per laicum, eo repudiato intra tempus quadrimeſtre patrono datum poteſt laicus alium, & alios præſentare: nec repudiato indigno epiſcopus pleno iure poteſt conferre.*
*Contra, ſi præſentetur indignus a patrono eccleſiaſtico.*
*Oeconomus datur eccleſiæ vacanti ab epiſcopo pendente tempore præſentandi, eod.*
14 *Præſentandi ius quando adimitur patronis, & plena collatio ad epiſcopum pertineat.*
15 *Ius patronatus quibus modis in perpetuum amittitur.*
16 *Iure patronatus priuatur, qui epiſcopum curauit occidi.*
17 *Ius patronatus non amittitur ex condemnatione criminis in aliũ, quam in proprium epiſcopum admiſſi.*

18 *Ius patronatus quibus modis acquiratur.*
19 *Iuris patronatus onera.*
20 *Patronus eccleſiæ tenetur congruum ei reditum aſſignare, aut ſupplere.*
*Patronus dicitur defenſor, aduocatus, vicedominus, cuſtos, gardiam habens eccleſiæ ſuæ, eod.*
21 *Patronus in caſu inopiæ, & liberi eius ali debent ab eccleſia patronata.*
22 *Inſtitutio præſentati cur exigitur epiſcopi.*
*Inſtitutio debet fieri neceſſario idonei præſentati, aliter recurritur ad ſuperiorem, eod.*
23 *Inſtitutionis, ſignificationis, & acceptionis, & cum collatione differentia.*
24 *Sede vacante capitulum beneficia vacantia non confert, præſentatos tamen inſtituit.*
25 *Patronata & familiaria fuiſſe ethnicis ſacerdotia.*

1 DEfiniunt † interpretes, *hanc finitionem tradit & latiſſime ex-*
*plicat Rochus, in tractat. de iure patrona. Ioan. Andr. & Panor.*
*partim in rubr. de iur. patrona.* ius patronatus, vt ſit ius honorifi-
cum, oneroſum & vtile, competẽs alicui in eccleſia, pro eo quod
de diœceſani conſenſu eccleſiam fundauit, conſtruxit, & dotauit
ipſe, vel is a quo cauſſam habuit, ſolus vel alio concurrente. Quæ
finitio latius explicabitur, vt naturam patronatæ eccleſiæ, & qua-
litates beneficii eius generis euoluamus paucis. ¶ Dicitur † ius
2 patronatus, ius eccleſiaſticum, quia ſpiritali, id eſt, ſacro annecti-
tur, *c. de iure patronatus, de iure patro.* vt quæ religioſis locis adhæ-
rent, religioſa cenſentur. *l. quæ religioſis, de rei vind. in P.* Non ta-
men per ſe eſt eccleſiaſticum: quo fit vt & laicis competat, qui a-
lioquin a miniſterio ſacrorum arcentur. Et quia annexum huic a-
liquid ſpiritale, pro eo requiritur epiſcopi inſtitutio, & officium
in eorum exſequendo iure, *ca. præterea, de iure patron ca. illud, ca.*
*cum laici, c. nullus, eod. titul. can. decimas, 16. q. 7. c. cum & plantare,*
*de priuil.* nemo enim de manu laici poteſt eccleſiam, ſeu eius re-
gimen accipere ſpirituale, *ca. ſacroſancta, & c. neceſſaria, de electio.*
*c. ſi quis deinceps, c. non placuit, can. quoniam, 16. q. 7.* neque ab eo
qui ſuis ſumtibus eccleſiam ædificauerit vel fundauerit. *can. piæ*
3 *mentis, 16. q. 7.* ¶ Facit † quoque illud ſpiritale annexum, vt ius pa-
tronatus vendi per ſe non poſſit: quia & periculum ſimoniæ im-
mineat, *can. 1. 1. q. 1.* & res ſacræ non recipiunt æſtimationem, *ca.*
*querelam, de ſimon. l. ſacra loca, in fin. de rer. diuiſ. in P. § fin. de emt.*
*cum ſimilib.* quæ tamen æſtimatio per æqualitatem pretii facit
emtionem. *l. 1. de contrah. emt. in P. l. 1. de rerum permut. in P.* Cete-
rum cum vniuerſitate bonorum vendita tranſire in emtorem
dubium non eſt, veluti quodam acceſſorii iure. *c. cum ſeculum, de*
*iure patron. c. neminem, 16. q. 7. l. hanc legem, de contrahen. emt.* Vt &
4 eo modo obligari poteſt. *ca. ex literis, de iur. patron.* ¶ Et † quia
ius patronatus habet iuris naturam, erit indiuiſibile, *c. 1. eod.* & id-
eo vni patrono pluribus ſuccedentibus heredibus apud omnes
in ſolidum remanet ius patronatus, quamuis ſint extranei. *ca. 1. de*
*iur. patron. clem. fi. eod. tit. apud Clem.* Et tranſit non ſolum in ma-
ſculos, ſed etiam in fœminas. *gloſ. in can. quoniam inueſtituram, 16.*
*q. 7. clem. fin. de conceſſ. præb.*

5 ¶ Et † quanquam plures eſſe patroni poſſint in dote conſti-
tuenda, *gloſſ. in can. in ſumma, 63. diſtinct.* tamen diuidi ius nequit.
Poſſunt tamen conuenire patroni, vel eorum heredes, vt alternis
vicibus præſentent, *d. clem. fin. de iur. patron.* & ita hoc iure vtan-
tur, ne contrario concurſu ſe mutuo impediant. *vt apud Iulian. in*
*l. quoties duobus, 41. de vſufr. & quemad. quis vta. lib. 7. P. tit. 1. Papin.*
*l. 2. § fin. quib. mod. vſusfruct. amitt. eod. lib. tit. 4. l. itinere, de ſeruitut.*
*ruſti. in P.* Conuenire etenim in præſentando debent plures he-
redes vnius: nam vnum ſolum repræſentant, in ſtirpeſque ſucce-
dunt in hoc, non in capita, ſiue æqualiter, ſiue pro minore parte
ſuccedant, nihil enim intereſt. *clem. fin. de iur. patron.* Quæ & in
iure patronatus libertorum recepta fere ſunt, *l. fin. eo. in P.* & in a-
liis iuribus. *l. ſi ſepulcrum, de religio. & ſumt. funer. in P. l. via, de ſer-*
6 *uit. in P.* ¶ Quod † ſi plures eſſent patroni, a maioris partis con-
ſenſu præſentatus inſtituendus eſt, *vide Panorm. in c. quoniam, de*
*iur. patron. facit c. eccleſia, in 1. de elect.* Quod ſi duo tantum ſint pa-
troni, & duos præſentant, inſtitutio alterutrius in electione & ar-
bitrio eſt epiſcopi, *gloſſ. in can. ſi plures, 16. q. 7. Innocent. in c. 1. de iur.*
*patron. Panorm. in c. eam te, eod.* quamuis alii diſſentiant.

7 ¶ Ius † hoc patronatus tertio loco honorem confert patro-
no, & honorificum dictum, præcedit enim honore in eccleſia
patronata. *c. nobis, § fin. de iure patron.* Sed alius honor & præci-
puus, in præſentando epiſcopo præficiendo eccleſiæ: non enim
poteſt prouidere eccleſiæ ſine præſentatione patroni epiſcopus.
*can. monaſterium, & can. decernimus, 16. q. 7. ca. ex inſinuatione, de*
*iur. patron.* Non tamen per præſentationem plenum ius datur ad-
miniſtrationis eccleſiæ præſentato, ſine inſtitutione epiſcopi: nõ
enim patronus confert pleno iure. *c. quod autem, & ca. illud præ-*
*tereundum, c. ex conſultatione, & c. conſuluit, c. relatum, de iure pa-*
*tron. apud Gregor. c. ſi plures, & c. monaſterium, 16. q. 7.* ¶ Omnes † 8
namque baſilicæ pertinent ad curam & ſolicitudinem epiſcopo-
rum, *can. omnes baſilicæ, eod. c. obitum, 61. diſtinct. cum ſimilib. ibi no-*
*tat.* niſi aliquo priuilegio eximantur. *ca. cum & plantare, de priuil.*
Et inſtitutio, & deſtitutio præfectorum eccleſiarum proprie per-
tinet ad epiſcopos. *can. cum ex iniuncto, de hæret. c. 1. & 2. de capell.*
*monach.* Neque etiam patronus, quia hunc honorem præſentan-
di habet, ideo adminiſtrandi res dotales, ſeu eccleſiæ patronatæ,
poteſtatem habet. *can. nouerunt, 10. quæſt. 1. ca. præterea, de iure*
*patronat.*

¶ Neque † ſeipſum, ſed alium præſentare poteſt, *ca. conſuluit,* 9
*& cap. per noſtras, eod.* ſicuti nec ſeipſum epiſcopus poteſt inſti-
tuere, vel ſibi ſuæ collationis beneficium conferre, *ca. fin. de inſti-*
*tutio.* vt nec tutor ſibi auctor eſſe. *l. 1. de auctor. tut. in P.* Quamuis
non inficior, ſi plures ſint patroni, quin vnus ex illis ab aliis tamen
præſentari poſſit, vel filius alterius, *glo. in d. c. conſuluit, de iure pa-*
*trona.* ſicuti ex decurionibus, qui ſeipſos tutores dare non poſ-
ſunt, vnus ab aliis recte datur. *l. vbi abſens, de tut. & curato. dat. ab*
*iis, &c.* ¶ Porro † præſentatio inſtituendi fieri poteſt non ſolum 10
per patronum, verumetiam & per procuratorem, eius nomine
& mandato: nam & electio fieri poteſt mandato domini a procu-
ratore, *l. ſi is qui Stychum, de procurat. in P.* imo & per literas quis
poteſt præſentare. *glo. in cano. non debet, 65 diſtinct. iuxta l. ſi pro-*
*curatorem, de procurat. in P.* ¶ In † hac tamen poteſtate, & quali- 11
tas patronorum, & tempora diſtinguenda ſunt: nam patroni, aut
laici, aut clerici ſunt: laicis quatuor menſes dantur ad præſentan-
dum, clericis ſex: quia laici ante inſtitutionem poſſunt variare, id
eſt, plures præſentare alios poſt alios: clerici non poſſunt. Ideo vt
maturius præſentandum eligant, longius tempus conceditur. *c. 1.*
*§ fin. de iure patron. in 6.* ¶ Variatio † tamen illa licita in laico, 12
quamdiu vnũ ex præſentatis non inſtituerit epiſcopus: nam poſt
præſentationem & inſtitutionem reiicitur præſentatio. *ca. quod*
*autem conſulis, de iur. patron.* ¶ Licita † tamen ſi præſentet laicus 13
indignum, & repudietur ab epiſcopo: nam poteſt & tunc intra
tempus illi conceſſum, alium præſentare, & plures, inter quos ta-
men eſt poteſtas epiſcopo eligendi quem velit, & vt dicimus, lo-
cus eſt gratificationi. *c. cum autem aduocatus, eod.* Nec ante tem-
pus hoc conceſſum pleno iure epiſcopus ſpreto patrono laico
conferre poteſt, ſed tãtum de œconomo eccleſiæ patronatæ pro-
uidet pro fructibus regendis. *ca. cum vos plerunque, de offi. & pot.*
*iud. ordin.* Diuerſum tamen in præſentatione indigni, facta ab ec-
cleſiaſtico: nam tunc epiſcopus, ſpreta illa præſentatione, pleno
iure confert, cum ius præſentandi eccleſiaſticus amiſerit, indi-
gnum præſentando: neque poſſit vnquam variare, facta præſen-
tatione ſemel, id eſt, alium non poſſit præſentare. *ca. cum autem,*
*de iure patron.* Vt contra, ſi ille præſentatus ſit idoneus, non poſ-
ſit alium ei præponere epiſcopus, *d. c. cum aduocatus, eo.* dummo-
do præſentatio fiat vacante beneficio. Nam ante vacationẽ præ-
ſentatio inutilis, & adueniente ea, nõ obſtante prima, recte alium
vel primum præſentat: nec dicitur ideo variare. *ca. fin. eod.*

¶ Quando † autem ius præſentãdi amiſit patronus, plena col- 14
lationis poteſtas penes epiſcopũ eſt ſiue patronus ſit eccleſiaſti-
cus, ſiue laicus. Amittunt autẽ poteſtatem præſentandi, & ita ius
patronatus, vel pro vna vice, vel in perpetuum. Pro vna vice, hoc
eſt, ratione occurrentis præſentis vacationis, ſi eccleſiaſticus, vt di-
ctum eſt, indignũ præſentet: vel ſi is, vel laicus nõ præſentet intra
tempora illis conſtituta, laicus intra 4. menſes, eccleſiaſticus intra
ſex: tunc enim deuoluitur poteſtas ad epiſcopum, auctoritate cõ-
cilii Lateranenſis, *c. 2. de ſupp. negl. prælat. c. 3. § fi. & c. ſi vero, de iure*
*patron. c. eam te, eo. c. 1. § fi. eo. tit. in 6.* Dehinc & pro occurrenti ne-
ceſſitate deuoluitur ad illũ ius, ſi quando plures ſint patroni prin-
cipales, qui ſine graui ſcandalo in nominatione ſeu præſentatio-
ne non poſſint conuenire. *ca. 3. de iur. patron.* Ordine ſeruato, vt
primum quamdiu controuerſia, eorum agitatur, epiſcopus inte-
rim oſtium claudat eccleſiæ patronatæ, amotis ſacris lipſanis ſeu
reliquiis, donec conuenerint. *c. 2. eod.* Dehinc vt a maiori parte e-
lectus, & maioribus præſtans meritis admittatur: quod ſi id ſine
ſcandalo fieri non poſſit, ipſe epiſcopus prouideat. *d. ca. 3. eodem.*

¶ In

15 ¶ In † perpetuum patronus hoc ius amittit, ſi donet illud aut
cedat alteri, quod licet etiam ſine licentia epiſcopi, *c.3.in princip.*
*eod.in 6.* tamen plena collatio epiſcopi eſt, ſed præſentationem
exſpectare debet intra tempora fieri ab eo, in quem ius tranſla-
tum eſt. Niſi ſimoniace qui habet ius illud, in ſe tranſtulerit:
nam in pœnam dignus eſt qui priuetur iure patronatus. *ca. quia*
*clerici quidam de iur.patron.ca.tuarum, de priuile.c.priuilegium,* 11.
16 *q.3.* ¶ Priuatur † & is perpetuo hoc iure, qui per ſe vel per alium
procurauerit epiſcopum, vel rectorem eccleſiæ, cuius eſt patro-
nus, occidi: vt nec is, nec heredes eius vſque ad quartum gradum
poſſint hoc iure vel honore potiri. *c.pen. de pœni. incip. in quibuſ-*
17 *dam.* ¶ Per † condemnationem tamen alterius criminis, hoc ius
non eripitur, nec a filiis patroni: quia hoc ius habet ſolum aucto-
ritate canonis, quo non priuatur, niſi a ſolo Papa. *gloſ.in can.filiis,*
*16.q.7.* Conceditur namque hoc ius patronatus, potiſſimum lai-
cis, ſingulari quodam beneficio & priuilegio, fauore eccleſiarū,
vt ad conſtructionem & dotationem earundem inuitentur. *c. 3.*
*& c.cum dilectus, de iure patro.* Proinde fauor ille eccleſiarum re-
18 manet delicto etiam interueniente. ¶ Acquiritur † autem ius
patronatus fundatione eccleſiæ, *c.nobis, eod.ca.piæ mentis, 16.q.7.*
ædificatione facta ſuis ſumtibus, *ca monaſterium, eod.* dotatione,
ſeu additione prouentuum, *can.filiis, & can.quicunque, 16.q.7.*
ex contractu tranſlatione facta cum vniuerſitate, *c.cum ſeculum.*
*& c.ex literis, de iur.patron.* ſucceſſione. *clem. 2.eod.* ¶ Conſtat-
19 que † ex præcipuis modis acquirendi, onus etiam eſſe ius patro-
natus patrono potius, nempe quod ex bonis eius propriis natum
ſit, vt & inde aliud ſequatur, videlicet ſolicitudo patroni in his
conſeruandis, quæ elargitus ipſe eſt, vel ii a quibus cauſſam & ius
habet: dare namque operam debet, ne bona eccleſiæ patronatæ
pereant vel detrimentum patiantur, eamque ob cauſſam mone-
re præfectum, poſtea epiſcopum, iiſque negligentibus mederi
incommodo regem ipſum. *ca.filiis 16.q.7.*

20 ¶ Quia † ſi congrui non ſint reditus eccleſiæ patronatæ, ipſe
cogitur per epiſcopum ſupplere quod ſufficiat pro alimentis pręfecti
præſentati, & ad iura epiſcopalia ſoluenda. *ca. 1.de iur.patro.*
*ap.Clemen.c.1.de præben.in 6.c.exſtirpandæ §.quod vero eod.titu.ap.*
*Gregor.* Dicitur & patronus ideo defenſor *can.frigentius, 16.q.7.*
eccleſiæ, & aduocatus, *c.quia clerici, de iur.patron.* quia eius habet
patrocinium, vicedominus, cuſtos, gardiam habens. *c.præterea, in*
21 *2.de iur.patron.* ¶ Quocirca † quoque nec ei delinquenti ius hoc
adimendum, quod oneroſum alioquin ei eſt, aliquando etiam v-
tile, vt dum ad inopiam peruenit: nam eo caſu ne ſit ingrata ec-
cleſia patronata, patronum & liberos eius alere tenetur, *c. nobis,*
*§ fin.eo can.quicunque, 16.q.7.* habita ratione bonorum eccleſiæ,
& qualitatis perſonarum patronorum. *ca.vlt.10.q.3.l.ſed etſi quid.*
*§.1.de vſufruct.in P.*

22 ¶ Animaduertendum † autem eſt, in hoc iure patronatus cō-
ſtituendo, epiſcopi conſenſum, vt diximus in finitione, requiri, &
tunc dicitur ius patronatus ſpiritualizatū, id eſt, approbatum ab
epiſcopo: quo nomine eximuntur ab hac tractatione oratoria,
ſimplicesque capellæ, quæ beneficia non ſunt proprie. Cum ne-
mo ſine epiſcopi conſenſu poſſit ædificare eccleſiam. *cano.nemo,*
*de conſecr.diſt.1.can.qui religioſis, cum 3.ſeq.18.q.2.c.fin.§ fin.de ec-*
*cleſ.ædific.* Quare alia ratione, propter auctoritatem ab epiſcopo
interpoſitam, ipſe epiſcopus habet in eo patronatu ius inſtitutio-
nis, id eſt, facultatem intra eccleſiam, vel in eccleſia ſtatuendi pręſentatum.
Relatiuumque hic ſit verbum inſtitutionis, ad præſen-
tationem alterius: nam ea inſtitutio libera non eſt collatio, ſed ſi
fiat præſentatio admitti debet ab epiſcopo, alioquin ſi repudiet,
patet via refugii: vt dicunt, in refutum ad Archiepiſcopum.

23 ¶ Lata † alioquin eſt inſtitutionis appellatio, quæ interdū pro
collatione accipitur, nempe pro conceſſione libera beneficii fa-
cta ab epiſcopo iure cōmuni, vel ab alio ex priuilegio, cuius col-
lationis, & prouiſio ſpecies eſt. *glo.in rubr.de inſtitution.in 6.vide*
*& de aliis acceptionibus Io.Imolam in c.ex frequentib. & c.cum ve-*
*niſſent, de iure patron.* Interdum inſtitutio, pro confirmatione ele-
cti, quam facit epiſcopus, *c.cum olim, de maior.& obed.& tot.tit.de*
*elect.* & pro approbatione epiſcopalis collationis ab alio quam e-
piſcopo factæ, dicta auctorizabilis inſtitutio. *vt in ca.cum ſatis de*
*offic.archid.* Item aliquando pro tranſlatione poſſeſſionis, quam
dicunt inſtallationem, & inductionem, in realem poſſeſſionem.
*de qua in c.adhac, c.cum noſtrum, eod.* Proprie tamen permultum
intereſt inter collationem, quæ eſt libera, inſtitutionem, quę ne-
ceſſaria, & præſentationem. *c.cum in illis, §.cum autem, de præb.in 6.*
24 ¶ Ideo † collatio ſede vacante loco epiſcopi a capitulo de benefi-
ciis fieri nequit, inſtitutio debet. *c.cum olim, de maior. & obed. ap.*
*Greg.c.1.de Inſt.in 6.c.2.ne ſede vacan.ap.Greg.c.1.eo tit.in 6.* Quod
& in vicario obſeruatum eſt. *c.ex frequentib.de Inſtit.ap. Greg. c.fi.*
*de offic.vicar.in 6.* Sed hæc hactenus de beneficiis iuris patrona-
tus dicta ſint, quibus plura me poſſe addere non diffiteor: verum
quia patronatus huius materia & quæſtiones, proprio tractatu &
celebri explicantur a Rocho, ad eum remittam lectores, ne fuci
inſtar labores aliorum ſuppilemus.

¶ Hoc † tantum adiiciam, apud antiquos idolis ſeruientes, 25
fuiſſe olim quoque in diuino cultu quædam ſacerdotia patrona-
ta, dicta gentilia, id eſt, generis ſeu familiæ certæ, quæ reditus an-
nuos ſacrificulis ſuis præbebat. De quibus meminit Cicero de A-
ruſpicum reſponſis & alii. Sic Michas vir in monte Ephraim ido-
lum ſibi fecit, & ei exſtruxit ædiculam, fecit Ephod & Thera-
phin, id eſt, veſtem ſacerdotalem, conſtituitq; ibi ſacerdotem, &
illi reditus, vt habetur in lib. Iudic. Iſraelis, *cap.17.& 18.*

## De Erectione ſeu Conſtitutione beneficiorum, eorumque interitu incidenter.

### Cap. 5.

1 *Beneficiorum origo.*
*Beneficii fundatio & creatio quid, eod.*
2 *Beneficii reſtitutio quid.*
3 *Beneficia quot modis exſtinguantur, & reſtituantur, & 14.*
*Beneficia quare exſtingui poſſunt.*
4 *Sacræ res a ſanctitate eximi poſſunt.*
5 *Beneficia intereunt vnione.*
*De vnione beneficiorum, & quid vnio, eod.*
6 *Vnio beneficiorum tripliciter fit.*
*Beneficii impetratio non exigit mutationem vnitæ eccleſiæ.*
7 *Vnionis faciendæ rationes.*
8 *In vnione facienda vocandi ii, quorum intereſt.*
9 *Beneficium exſtinguitur fundatione eius reprobata.*
10 *Beneficia occupata ab hoſtibus an intereant.*
11 *Eccleſia parietibus omnino ſubrutis, an remaneat beneficium, & 13. & ſeq. vſq. ad 22.*
12 *Altare portatile quid, & priuilegium eius.*
13 *Euocatio ſacrorum, quæ prophanum reddebat locum.*
16 *Vnio a quo fiat, & diſſoluatur.*
17 *Eccleſia polluta non eſt iterum conſecranda, ſed reconcilianda.*
*Eccleſia quibus polluatur, eod.*
18 *Eccleſia polluta quomodo & quibus reconcilietur Deo.*
19 *Eccleſiæ conſecrandæ ceremonia.*
*Eccleſia ſemel conſecrata, iterum conſecrari non debet, eod.*
20 *Templa ethnicorum quomodo ædificabantur, & ſacris inaugurabantur.*
21 *Eccleſiæ & beneficia vt reſtaurentur.*
22 *Beneficiorum tranſmutatio quæ, & quatenus permiſſa.*

QVia † in ſuperioribus beneficiorum diuerſa qualitas, gene- 1
rali quadam nota nos docuit eccleſiaſticarum perſonarum
diuerſitatem: ſeries poſtulat, vt de erectione beneficiorum aga-
mus, ex qua vel in qua facile ſtatus & qualitas beneficiorum, vt a
matre originem accipit. Erectio itaque beneficiorum fit, noua
fundatione, reſtitutione ſtatus antiqui beneficii, & immutatio-
ne. Noua fundatione, creatum beneficium dicitur a Clemente
V. Pont.ſum. *clem.fin.de reſcript.* & Innocent. III. *in c.dilecto filio,*
*de præben.* Fundatio illa noua fit, quando augmentatur numerus
præbendarum, vel eccleſia, vbi prius non erat, erigitur: vt ſi ab Iſ-
maelitis, ſeu Agarenis ciuitates & regna a Chriſtianis recipiantur.
*vt in c.1.de verb.ſign.in 6.*

¶ Reſtitutione † fit erectio, cum exſtinctum beneficium re-
ſtauratur: totque modis videtur fieri reſtitutio, quot contrariis 2
exſtingui vel ſupprimi poteſt. Idcirco non alienum erit, de exſtin-
ctione ſeu peremtione beneficiorum agere, priuſquam de reſti-
tutione, quæ peremtionem refert, dicamus.

¶ Ergo † beneficia exſtingui & ſupprimi poſſunt, vt amplius
non ſint, vel non faciant nomen: primum, quando canoniæ, vel 3
præbendę extinguuntur, *c.cum acceſſiſſent, & c.ex parte, de conſtit.*
fructuum inopia: ſicuti & augmentantur pro fructuum abundan-
tia. *c.fin.de verb ſignif.ap.Greg.* Nec nos remoretur, quod videtur
habere quæſtionem, num poſſint tolli beneficia, vel perimi, cum
Deo ſemel dicatum, alios in vſus transferri non poſſit, *ca.ſemel*
*Deo, de regul.iur.in 6.c.mancipia, de rerum permu.* ſiue ligna ſint
eccleſiæ, *ca.ligna, de conſecra.diſt.1.§.ſacra, de rer.diuiſ.* ſiue veſti-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

menta. *can. veſtimenta, de conſecra. diſt. 1.* Nam neceſſitas, & maior
cauſſa huic rei gratiam facit aliquando, & honeſtas eccleſiaſtica,
& ratio quædam ſingularis pro negotiorum occurrentium mo-
dulo, vt res alioquin inalienabiles, *tit. de reb. eccleſ. non alie. in auth.*
*l. iubemus, de ſacroſ. eccle.* propter alimenta, *can. aurum, 12. q. 2.* &
ob redemtionem captiuorum alienari poſſunt, *l. ſancimus, 17. de*
*ſacroſan. eccleſ. C. ca. Apoſtolicos, c. & ſacrorum canonum, ca. ſicut, o-*
*mnino, 12. q. 2.* etſi debita vrgeant eccleſiam. *auth. præterea, de ſa-*
4 *croſan. eccleſ. C.* ¶ Atque † iure ciuili traditum eſt lege aliqua, rem
ſacram poſſe profanam fieri, *l. inter ſtipulantem, §. ſacram rem, de*
*verb. oblig.* in quo notat Iuriſconſultos Cicero, dum ait, *pro Mu-*
*reto, Cum leges antiquæ ſacrorum vetarent interitum, adinuenit ſub-*
*tilitas Iuriſconſultorum, ſenes conſtituere ad coemtiones ſacrorum, in-*
*terimendorum cauſſa faciendas.*

5 ¶ Sed † & alio modo ſecundo intereũt beneficia vnionē, quan-
do duo vel plura beneficia in vnum in perpetuum coniungũtur,
id enim eſt vnio, *ca. ſicut vnire, de exceſſ. prælato.* illud enim quod
alteri vnitur, exſtinguitur, neque amplius per ſe vacare dicitur.
*Dict. in c. cum acceſſiſſent per illum textum, de conſtit. Ludo. Gomes,*
*in reg. cancel. de trien. poſſeſſ. q. 8. Io. Andr. ad clem. 1. de ſupplen. negli.*
*prælato.* Et tunc proprie vnio, omiſſis duabus vnionis ſpeciebus.
*de quib. per gl. in c. 1. in ver. vniendo, & ibi interp. ne ſede vac. apud*
*Greg. gl. in c. & temporis, 16. q. 1. in ver. vnire.*

6 ¶ Vnio † quippe tripliciter fieri dicitur: primum, cum duabus
eccleſiis vnus & idem præficitur, *can. & temporis qualitas, 16. q. 1.*
*c. 1. ne ſede vac. ap. Grego.* ſecundum, quando vna eccleſia alteri v-
nitur, quo caſu quæ vnitur, amittit ius ſuum, & eo vtitur, cui fit v-
nio, *ca. recolentes, §. fin. de ſtat. monacho.* intacto remanente iure e-
piſcopi, *c. 2. de religio. domib.* tertium, fit vnio, cum ſimul vniuntur
eccleſiæ, nec vna alteri ſubiicitur: & tunc ex duabus quod melius
eſt retinetur. *arg. c. medicamentum, de pœnit. diſt. 1. gl. in regu. 11. can-*
*cell. Innoc. 8.* Et ad hos tres vnionis modos reliqui, quos adferunt
Hoſtienſis & Godofredus, referri poſſunt. Et quæ fiunt incorpo-
rationes & annexiones, quæ eius generis ſunt: nam annexæ ec-
cleſię cum illis eędem cenſentur quibus annectuntur, vt non val-
de interſit in impetratione beneficii, adiicere annexas eccleſias,
ſi modo principalis exprimatur, & valor verus annexorum, vt tra-
dit interpres antiquus regularum, *c. & temporis, 16. q. 1. c. 2. de reli-*
*gio. domib. c. fin. § hoſtilitatis, 25. q. 2.* cancellariæ Innocentii Pap.
7 VIII. ¶ Vnionis † cauſſa rationem habet, vel propter nimiam
vicinitatem eccleſiarum, cum vtraq; facile per vnum regi poſſit:
vel cum altera caret populo ob incurſiones hoſtium, vel morbo-
rum luem, vel aliam ob cauſſam. Sicuti certis de cauſſis Impera-
tores ex duabus dignitatibus vnam facere poſſunt, vel vnam alte-
ri vnire. *§. illud, vt iud. ſine quoque ſuffra. in auth. collat. 2.* Item &
8 propter alterius beneficii inopiã. ¶ Quare † & in vnionibus ve-
rus valor vtriuſque beneficii exprimi debet, & vocari oportet in
loco, & vt dicunt in partibus, ante, quorum intereſt, alias non va-
let, vt deciditur regula cancellariæ Pauli Pap. III. de vnionibus.
9 ¶ Tertio † loco extinguitur beneficium, quando reprobatur
eius fundatio vel erectio: veluti primo, ſi in præiudicium ædifi-
cetur parochiæ capella, & opus nouum fuerit nuntiatum, debet
deiici poſtea ædificatum. *ca. 1. de eccleſ. ædific. l. 2. & l. prætor ait, §.*
*prætor, de oper. no. nuntia.* Item ſecundo caſu, quo & ſubtrahitur
eccleſię epiſcopalis dignitas, ſi aliqui proprium paſtorem occide-
rint. *ca. fin. 25. q. 2.* Et 3. ſi deiiciatur eccleſiæ moles & ædificium.
10 *c. & hoc diximus, 16. q. 7. c. placuit, de conſecrat. diſt. 1.* ¶ Quarto †
extingui videntur beneficia, quæ ab hoſtibus fidei occupantur,
*can. paſtoralis, 7. q. 1. c. ſancta Romana, de elect.* vel ſaltem ſuſpenſo
cultu diuino prope interitum ſunt, vt non poſſit aduerſus ea cur-
rere præſcriptio, tanquam viduata paſtore. *ca. ex tranſmiſſa, de præ-*
*ſcript. c. prima actione, can. ſi ſacerdos, 16. q. 4.* Et iure ciuili religioſa,
ſacrave loca eſſe deſinunt, ab hoſtibus occupata. *l. cum loca, de re-*
*ligioſ. & ſumtib. funer. in P.*

11 ¶ Accedit † quoque ad interitum eccleſiarum, cum parietes
funditus ſubruti ſunt, nec remanet altare conſecratum. Si tamen
pars aliqua conflagratione vel inundatione, vel alio modo inter-
eat eccleſia, remanere beneficiũ dicitur: & in primo caſu eccleſia
reædificata debet denuo conſecrari, in altero nequaquam. *ca. li-*
*gneis, & c. propoſuiſti. iuncta gloſſ. in verb. reconciliari. de conſec. ec-*
*cleſ. can. eccleſiis ſemel. & can. de fabrica. de conſecr. diſt. 1.* In conci-
lio tamen Triburienſi conceſſum eſt, vt ſicubi a Normanis, Sela-
nis, Vngaris, a malis Chriſtianis, aut alio quocunque malo eccle-
ſia fuerit incenſa & combuſta, liceat in capellis interim cum ta-
bula conſecrata miſſas peragere. *in ca. concedimus, de conſec. diſt. 1.*

¶ Tabula † conſecrata hic videtur ſupplere locum eccleſiæ, 12
vel ſtabilis altaris: ſicut altare portatile, *c. quoniam, de priuileg. in*
*6.* quod vbicunque locorum & maxime in bello circumferri po-
teſt. Ne defectu ædium conſecratarum, vbi opus eſt, quis carere
cogatur pabulo cœleſti, hocque antiquitus permiſſum Chriſtia-
nis, & vt Sozomenus ait. *lib. 1. hiſtor. Tripartit. c. 9.* & Nicephorus
Caliſti, *lib. 7. hiſtor. titu. 46.* hæc tabula vicem tabernaculi præſti-
tit, ad quam diaconi & ſacerdotes miniſtrabant miniſteria diuina,
iuxta ſtatas ceremonias eccleſiæ. ¶ Veruntamen † hic duco an- 13
notandum, non ideo beneficium exſtingui omnino, quod omni-
no eccleſia fuerit diruta: nam diſtinctio beneficiorum non pen-
det ex ædificio, ſed ex ſacramentorum adminiſtratione, & deci-
marum vel redituum aſſignatione: & quia poſſit reædificari ite-
rum eccleſia, vel alibi officium, vel onus beneficii impleri.

¶ Quibus præcognitis, facile erit iudicium, quomodo reſti- 14
tuantur vel reuiuiſcant beneficia, ſingulis interemtionibus con-
trarias cauſſas opponentes: quia reſtitutio, eſt prioris ſtatus repa-
ratio. *ca. nos ſanctorum, & can. iuratus, 15. quæſt. 6. ca. ſi quem pœni-*
*tuerit, §. fin. 1. q. 3. c. quia diligentia, de elect. l. 1. de ſenten. paſſ. C. l. 1.*
*ex quib. cauſ. maio. in P.* Vt quia in primo capite diximus exſtingui
ſuppreſſione beneficiorum, vel deficientibus fructibus, appare-
bit reſtitutionem fieri reuocatione ſuppreſſionis, & fructuum
incremento. *c. cum acceſſiſſent, de conſtitut.* Et in ſecundo, ſi ap-
probentur ædificationes eccleſiarum ante reprobatæ, vel ſi ope-
ris noui nuntiatio tollatur, ſi epiſcopalis vel alia eccleſia in priſti-
num reſtituatur locum dignitatis, ſi eccleſia deiecta reficiatur, &
excitetur, & conſecretur iterum, ſi ab hoſtili occupatione euin-
catur, veluti iure poſtliminii. *l. cum loca. de religioſ. & ſumt. funer.*
*in P. c. paſtoralis, 7. q. 1.*

¶ Niſi † quando conſtat locum omnino profanum factum: 15
vtpote quando Deus locum contemnit, & teſtimonio aliquo di-
uino deſeruiſſe eum oſtenditur. Sicut refert Ioſephus, *libr. 7. de*
*bell. Iudaic. c. 12.* ante excidium Hieroſolymitani templi, a ſacer-
dotibus noctu ſacrificantibus auditam fuiſſe vocem ex adytis di-
centem, *migremus hinc.* Erat & moris Romanorum in obſidio-
nibus ciuitatum, priuſquam irrumperent, euocare earum deos,
vt vocabant tutelares, & ita loca a ſacris liberare, vt refert Macro-
bius, *lib. 3. Satur. ca. 7.* qui & *euocandi ritum* tradit. Sic apud Li-
uium *lib. 5. Decad. 1.* dictator Veios capturus euocauit Iunonem
Veiorum conſeruatricem, & pollicitus Romæ templum. Quod
paucis explicat Vlpianus, *l. ſacra loca. 9. de rerum diuiſ. in P.* verbis,
*Qui ſanctum,* inquit, *locum liberare a religione volunt, ſolent inde*
*ſacra euocare.*

¶ Dehinc † & quæ vnione exſtincta ſunt, per vnionis reſolu- 16
tionem reſtituũtur: hoc enim naturale, eodem vinculo quo quid
vinctum eſt diſſolui. *l. nihil tam naturale, de regul. iur. in P. c. 1. eod.*
*tit. apud Gregor.* Epiſcopus in ſua diœceſi beneficia vnit, & diſtin-
guit: ſummus autem Pontifex epiſcopatus. *c. ſicut vnire. de exceſ.*
*prælat.* Epiſcopus tamen non vnit eccleſias ſine conſenſu ſui ca-
pituli, & patroni, quem tamen non exigit ſummus Pontifex *c. pa-*
*ſtoralis, de donatio.* Et quando vnio fit ad vitam alicuius tantum,
eo mortuo beneficium reuiuiſcit, in propriamq; redit naturam:
quia vnio hæc temporalis cum tempore exſtinguitur. *Gomes, in*
*regul. de trien. poſſeſſ. q. 8.*

¶ Sed † ſi eccleſia polluta fuerit, reconcilianda quidem Deo 17
orationibus eſt: non tamen ideo denuo conſecranda, vt ſi ab hæ-
reticis prophanata ſit. *can. eccleſias Arrianor. & can. Arrianorum,*
*& can. Agapitus, de conſec. diſt. 1.* Nam, vt ait Optatus Mileuita-
nus, *lib. 1. in princ. 2. con. Donati.* non poteſt eſſe eccleſia penes hę-
reticos, ſed ſcimus quod omnes eccleſiæ hæreticorum ſunt pro-
ſtibula, & meretrices: vnus ſponſus, vna eccleſia. Sic polluta ho-
micidio, vel ſanguinis effuſione, vel ſemine, vel adulterio, recon-
cilianda. *c. ſignificaſti, de adulte. c. propoſuiſti, & c. fin. de conſecr. eccl.*
*Leuit. c. 14. & 15. can. ſi motum, de conſecr. diſtinct. 1.* Item ſi in ea ſe-
peliatur excommunicatus, *c. conſuluiſti, de conſecr. eccleſ.* nam &
tunc parietes ſunt abradendi. *can. eccleſia, in 1. & 2. de conſecrat.*
*diſtinct. 1.*

¶ Reconciliatio † autem fit per aquam luſtralem exorcizatam, 18
per ſolum epiſcopum, non autem per ſacerdotem ſimplicem, *ca.*
*aqua per epiſcopum, de conſecr. eccleſ.* idque per aquę & vini mixtio-
nem & ſalis, cum aſperſione, & miſſa. *can. de fabrica, de conſecra.*
*diſtinct. 1.* Refert autem Abdias Babylonicus *in hiſto. Apoſto.* con-
temporaneus Apoſtolorum, D. Bartholomeum in eccleſia pu-
rificanda, quæ prius erat templum idoli Aſtaroth, crucē per late-
ra infixiſſe, & benedixiſſe. Verum illa ſanctificatio ad nouã potius
conſe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

conſecrationem, quam ad purificationem ſanctificatæ antea, pertinet. Et ideo ritus varii ſunt.
19 ¶ Nam † cum conſtruenda eſt, epiſcopus debet vocari, ciuitati, qui locum deſignet, crucemque ibi publice figat, inquirat de reditibus ſufficientibus ad alimenta præficiendorum, *can. nemo, de conſec. diſtin.* 1. *c.* 1. *de cenſib.* Sunt & alia, quæ ad conſecrationem eccleſiarum, & altaris pertinent, de quibus conſulendus Ioannes a Selua, *in 1. par. tract. de benef. q. 5. num. 65. & ſeq.* Durandus, *lib.* 1. *Rationalis diuino. offi. c. de eccleſ. dedicat.* Vide & canon. 1. de conſecrat. diſt. 1. lib. 3. Reg. c. 6. Neque eccleſia conſecrata eſt iterum conſecranda, *can. eccleſiis, de conſecr. diſt.* 1. *c.* 1. *& 6. de ſacram. non iter. c. 1. de apoſta.* niſi, vt diximus, ex integro corruerit, funditus deleta fuerit, *d. can. de eccleſiis, Leuit. 14. in fi. arg. l. domum, de contrah. emt. in P. can. de fabrica. de conſecr. diſt.* 1.
20 ¶ Erat † & apud ethnicos mos reſtaurandi, & ædificandi, ſeu conſecrandi templa per pontifices ſuos: vt obſeruare poſſumus ex Liuio, dum ait, *lib. 9. Decad.* 1. Cornelium Barbatum pontificem maximum, coactum ex conſenſu populi verba præire in dedicatione ædis Concordiæ in ara Vulcani, cum more maiorum negaret, niſi conſulem, aut Imperatorem poſſe templum dedicare. Item ex verbis epiſtolæ Aureliani ad Ceionum Baſſum, apud Flauium Vopiſcum, *in Aurel. vita. De Palmyrenorum bonis*, inquit, *habes gemmas regias: fac cohoneſtari ex his omnibus templum: mihi & immortalibus, gratiſſimum feceris: ego ad ſenatum ſcribam, petens vt mittat pontificem, qui dedicet templum.* Alius & referendus Cornelii Taciti locus, *lib.* 20. in quo & ceremoniæ dedicationis priſcæ gentilitatis referuntur his verbis: *Vndecimo calendas Iulias, ſerena luce, ſpatium omne quod templo dicabat euinctum vittis, coroniſq; ingreſſi milites, quibus fauſta omnia felicibus ramis: dehinc virgines Veſtales cum pueris puelliſq; patrimis matrimiſque, aqua, riuis, & fontibus, amnibuſq; hauſta, perluere. Tũ Heluidius Priſcus prætor præeunte Plauto Heliatio põtifice, luſtrata boue tauriſq; area, & ſuper ceſpitem redditis extis, Iouem, Iunonem, Mineruamq; præſideſq; imperii precatus, vti cœpta proſperarent, ſedeſque ſuas pietate hominum incoatas, diuina ope attollerent, vittas, quibus ligatus lapis innixique funes erant, contigit. Simul ceteri magiſtratus, & ſacerdotes, & ſenatus, eques, & magna pars populi, ſtudio lætitiaque connixi, ſaxum ingens traxere: paſſimque iniectæ fundamentis argenti aurique ſtipes, & metallorum primitiæ nullis fornacibus victæ, ſed vt gignuntur. Prædixere Aruſpices, ne temeraretur opus ſaxo, aurove in aliud deſtinato. Altitudo ædibus adiecta.* Hæc Tacitus. De ſacro Capitolii templo reſtituto a Veſpaſiano tradit, cura L. Veſtini equitis, quem monuerunt contracti haruſpices, vt reliquiæ prioris delubri in paludes aueherentur, templũ iiſdem veſtigiis ſiſteretur. ¶ Poſtremo † reſtaurantur eccleſiæ & beneficia, quando priſtini & ante ſublati fi-
21 nes reſtituuntur, *vt in c. pen. de paro.* ¶ Sed † tertio loco fit beneficiorum erectio, quando mutatio fit formæ beneficii: veluti ſi ex capella fiat parochia, ex parochia epiſcopatus, & ex epiſcopatu archiepiſcopatus, *vt in extraua. ſaluator. de præben* ſi ex capella ſimplici fiat collegiata, ex collegiata canonialis, *vt in can. ſi epiſcopus, 12. q. 2.* ex regulari ſecularis, vel cõtra: ex diſpenſatione: Iure enim communi inhibita eſt hæc commutatio, *cano. quæ ſemel, 19 q. 3.*

## De collatione beneficiorum.

### Cap. 6.

1 *Continuatio c. & num prius de collatione, quam vacatione beneficiorum dicendum.*
2 *In collatione beneficiorum quæ conſideranda.*
3 *In tutoris datione quæ conſideranda.*
4 *Beneficia tantum idoneis ſunt conferenda, & qui illi.*
5 *Beneficia laicis non conferuntur eccleſiaſtica.*
6. *Fœminæ capaces aliquorum beneficiorum.*
*Fœminæ non accipiunt primam tonſuram clericalem, eod.*
7 *Beneficium cum ſimplici tonſura quale.*
8 *Curam habens animorum beneficium, exigit ſacerdotem: ſtudiorum tamen cauſſa per quinquennium differtur promotio.*
9 *Mores beneficiandorum quales eſſe debeant.*
10 *Scientia beneficiatorum quæ requiratur.*
11 *Ætas quæ legitima in ſacerdotiis obtinendis.*
12 *Epiſcoporum & prælatorum ætas.*
13 *Epiſcopus qui indigno beneficium confert quomodo puniendus.*
14 *Regere alios non debet, qui ſe nequit gubernare.*
15 *Abbati quæ debet eſſe ætas.*
16 *Ætas prælatorum in Gallia quæ eſſe debet.*
17 *Ætati beneficiandorum diſpenſatur a ſummo pontifice ex cauſſa.*
*Ætatis gratia non fit, niſi duorum annorum, eod.*
18 *Epiſcopi iuuenes non contemnendi.*
*Iuuenum prudentia aliquando ſenum vincit peritiam, eod.*
*Sed raro contingentia non ſequenda, eod.*
19 *Canonicis ætas quæ requiratur.*
20 *Ætas beneficiandorum in non curatis beneficiis quæ requiratur ex antiquo & nouo iure.*
21 *Beneficiandi mores, eod.*
22 *Qualificatus beneficiarius quis.*
23 *Præbenda ſacerdotalis tantum preſbyteris ætatis legitimæ, non ante tempus preſbyteris factis concedenda.*
*Curio debet fieri preſbyter intra annum, & quomodo hoc intelligendum, eod.*
24 *Beneficio priuatur, qui non eſt clericus.*
25 *Beneficium habens vxorem per verba de præſenti ducens, eo priuatur.*
26 *Beneficia regularia regularibus, ſecularia ſecularibus conferenda.*
27 *Beneficia regularia regularibus ordinis tãtum eius beneficii conferenda.*
28 *Monachis mendicantibus nulla beneficia eccleſiaſtica concedi poſſunt.*
29 *Monachis quibus, & quæ beneficia liceat habere.*
30 *Monachi eligi poſſunt in epiſcopos.*
31 *Epiſcopus a quibus debet eſſe immunis.*
32 *Beneficium conferri non poteſt ex illegitima coniunctione nato.*
33 *Beneficium paternum filius legitimus, & naturalis immediate a patre capere non poteſt, mediate poteſt.*
34 *Spurii filii non admittuntur in beneficio paterno, nec nati ex illis, etiam legitimati & diſpenſati ad beneficia.*
35 *Spuriis quis diſpenſat ad beneficia.*
*Diſpenſatio illegitimis a quo fieri debet, eod.*
36 *Diſpenſatio natalium ad ſacros ordines non porrigitur ad beneficia.*
*Diſpenſationes ad beneficia a caſu in caſum ſimilem, vel maiorem non producuntur, eod.*
37 *Diſpenſatio per ſimplicem ſignaturam ad pluralitatem beneficiorum.*
*Per, fiat vt petitur, quot contineat beneficia, eod.*
38 *Beneficium conferri debet ei, qui idioma loci intelligat.*
39 *Linguarum & idiomatis intelligentia quid iuuet homines, & quid noceat ignorantia.*
40 *Patronus debet præſentare epiſcopo clericum diœceſeos, qui intelligat idioma, & intelligatur.*
41 *Alienigena in Gallia beneficia eccleſiaſtica non poteſt poſſidere.*
*Albinus in Gallia quid, eod.*
*Naturalitatis, ſeu affiliationis in regno literæ, eod.*
42 *Alienigenæ in Britannia, Hungaria, Bononiæ, Veronæ ſacerdotia habere non poſſunt.*
43 *Beneficiandorum in Gallia qualitates.*
44 *Beneficia quæ vacant certis menſibus, quando graduatis, aut nominatis, vel aliis debeantur.*
*Graduatorum ſtudii tempus præſcriptum, eod.*
*Inſinuatio literarum ſtudii graduum quo tempore fieri debet, eodem.*
45 *Beneficia villæ muratæ conferri debent graduatis.*
46 *In nominationibus Academiæ, nominatus debet exprimere beneficium quod poſſidet, & valorem.*
47 *Literæ exſpectatiuæ ad beneficia debent exprimere poſſeſſa beneficia per impetrantem, & qualitatem eorum.*
48 *Nominationes, quæ ab Academia dantur ad beneficia, referuntur ad qualitatem perſonæ ſecularem, vel regularem.*
49 *Nominatorum ad beneficia præfertur antiquior, qui eo anno debite quæ oportet inſinuauerit.*
50 *Gratificationi inter graduatos quando locus ſit.*
51. & 52 *Beneficia conferri quibus non poſſint.*
52 *Bannito non confertur beneficium, & tamen ante relegationem poſſeſſo beneficio non priuatur.*

COgnita origine, diſtinctione, & erectione, † ſeu reſtitutione, 1
& ſuppreſſione beneficiorũ, antequã peruenire poſſimus ad perſonas ſacerdotũ, medium quoddã agnoſci debet collationis & poſſeſſionis beneficiorũ: cui proxime vacationis ſpeculatio innectitur. Sed prius ne de collatione, quã de vacatione dicendum ſit,

dubium quoddam moueri poſſet: vix enim eſt alterum ſine alte-
ro cognoſci, vt alterum ſine altero non poſſit eſſe. Niſi erectione
facta vacationem exiſtimemus, quæ tamen vacatio vere non eſt,
nec vacare dicatur, quod prius poſſeſſum non eſt: priuatio enim
præſupponit habitum, *c. ad diſſoluendum, de deſponſ. impub. l. de-
cem, de verb. obliga. l. Iulianus, de diuort.* Et collatio per conſequens
prior poſt electionem, quamuis poſt primam collationem, non
dicantur poſſe conferri, priuſquam vacent, *c. 2. de conceſ. præb.* ¶ Er-
2 go † de collatione prius dicamus, in qua quatuor perpendēda ca-
pita: genus beneficii, de quo ſupra diximus in diuiſione eorum.
Nam forma mandati habet cauſſam determinatam, quam ſe-
qui oportet in conferendis beneficis, vt expreſſio vnius gene-
ris beneficii ad aliud non porrigatur, *c. cum in illis, 16. §. 1. & 2. c. cui,
de nomi. ſacerd. c. 27. & can. ei cui. c. 29. & c. fi. de præb. in 6.* Qualitas
ſecundo inſpicienda perſonarum, quibus conferuntur, vt mate-
ria: tertio, qualitas eorum qui conferunt: & quarto, modus con-
3 ferendi, vt forma. ¶ Sic † Hermogenianus, *in l. naturali, 7. §. ſi quæ-
ratur, de confir. tuto.* in tutoris datione conſiderat, an is tutorem
acceperit, cui fuerit dandus, an is dederit qui dare potuit: iſve da-
tus, cuius dandi facultas erat, & num pro tribunali decretum in-
4 terpoſitum ſit. ¶ Summa † autem prioris capitis hæc: beneficia
non eſſe conferenda niſi idoneis, *ca. graue. c. 29. de præben. c. cauſ-
ſam quæ. de electio. ap. Grego. l. vt gradatim, de muner. & hono. in P. c.
relatum, c. 3. de conceſſ. præben. lib. 3. Decretal. tit. 8. c. 2. de inſtitut.* Ca-
pacitas prouidendorum conſiſtit in ordine, legitimis moribus,
ſcientia, & ætate, & qualitate, *ca. 4. de æta. & qualit. c. cum in cun-
ctis, §. inferiora, de electio. c. dudum, in 1. eod. tit.* quæ in ordinibus ri-
te exhibendis requiruntur, iam ſupra exſecuti ſumus. ¶ Deſide-
5 ramus † autem in perſonis, quæ beneficium accepturæ ſunt, ordi-
nem eccleſiaſticum præcedere, vt cooptati ſint in numerum eo-
rum, qui in ſortem domini ſe transferunt: Laicis enim conferri
beneficia nequeunt, *c. 2. de inſtit. c. cum adeo, de reſcript.* ¶ Demtis
6 † his beneficiis, quæ mulieribus conferri poſſunt Veſtalibus: quę,
quia clericatus beneficio gaudere nequeunt, ſine clericatu eligi
poſſunt ad prioratuum adminiſtrationem, *c. indemnitatibus, de e-
lectio. in 6.* Neque enim aliquam mulierem licere tonſurare ſta-
tuit Alexander III. ſum. Pontif. *in ca. vxoratus, 8. de conuerſio. con-
iugato. lib. 3. Decret. tit. 32.* ¶ Verumtamen † in maſculis obſeruan-
7 dum eſt, interdum ſufficere clericatus ordinem in beneficio ob-
tinendo, *ca. ex literis, de tranſ.* quod ideo dicitur beneficium cum
8 ſimplici tonſura. ¶ Aliquando † & maiores ordines requiruntur
aliis beneficiis præficiendo, vt puta ſubdiaconatus: & alii minores
etiam ex diſpenſatione, ſi de eccleſia agatur, quæ curam animarū
habet annexam, *c. præterea, de æta. & qual. lib. 1. Decreta. tit. 14.* At-
que tunc oportet intra breue tempus ad presbyteratū promoue-
ri præfectum, vt ſupra diximus in diuerſitate nomenclaturæ be-
neficiorum, in tertia diuiſione, niſi diſpenſatio fiat cauſſa ſtudio-
rum per ſeptennium, vel quinquēnium, quo caſu ſufficit intra an-
num ad ſubdiaconatū promoueri, *in reg. cancell. Pauli Pap. 3. de non
9 promouen. ad ſacros ordines.* ¶ Mores † præficiendorū beneficiis eo-
dē modo perpēdendi, quo tradidimus in ordinatione facienda: nā
olim ordinationi, beneficiorum datio in titulum coniuncta erat,
*ca. 1. & 2. 70 diſtinct.* Atque probum argumentum eſt, vt qui non
poſſit ordinari, incapax ſit beneficii, *Interp. in c. ſi eo tempore, de re-
10 ſcri. in 6.* ¶ Scientia † ſeu eruditio in beneficiandis paulo maior,
quam in ordinandis requiritur, in parochialibus potiſſimum ec-
cleſiis: quia onus prædicandi quoque eis incumbit, & notio & iu-
dicium peccatorum in foro pœnitentiali, *clem. dudum, de ſepult.
can. adiicimus, §. 1. 16. q. 1. Panor. in c. omnis, de pœniten. & remiſſio.*
Nec tanta ſufficientia in ſacerdotalibus præbendis, quanta in cu-
11 rionibus, *c. cum in illis, de præben. in 6.* exigitur. ¶ Ætas † legitima
adeſſe, *c. eam te, de æta. & quali. c. nihil eſt, de electio.* tempore col-
lationis, *c. ſi eo tempore, 9. de reſcri. in 6.* inſtitutis debet: atque ideo
in decanatu, archidiaconatu, & beneficio curam animarum ha-
bente annexam, exigitur, vt prouiſus 25. annum attigerit, & ſci-
entia & moribus commendatus exſiſtat, ex concilio Lateranenſi,
*c. cum in cunctis, c. 7. §. inferiora etiam, de elect. ap. Greg. clem. genera-
lem, de ætat. & qualit. c. licet canon. ca. 4. de elect. in 6.* quamuis olim
trigeſimus annus exigeretur in presbyterandis, *can. ſi triginta, &
can. ſi preſbyter. 78. diſtin.* quales debent eſſe ad regimen parochia-
lium eccleſiarum vocati, *ca. præterea, de æta. & qual. can. ſicut, 21. q.
12 2. c. 1. de æta. & qualit.* ¶ Et † trigeſimus quoque hodie ex eodem
concilio exigitur in prælatis, *d. c. cum in cunctis, de electio.* nec diſ-
penſari poſſe per epiſcopum minori 25. annis contra concilium
Lateranenſe, vel in epiſcopo minori 30. annis placuit, *gl. c. cum di-
lectus, in ver. ætatis, de elect.* ¶ Epiſcopus † porro, qui hominem in- 13
ſufficientis ſcientię, vel inhoneſtæ vitæ, vel ætatis illegitimæ pro-
uidendo approbauerit, ſuſpenditur a perceptione proprii bene-
ficii, donec veniam mereatur: nec indigni ſucceſſorem poteſt cō-
firmare, *ca. nihil eſt, c. 44. de elect. ap. Gregor. d. c. cum in cunctis, §. 1.*
¶ Et † certe indecorum eſt, eos ad regimen aliorum promoueri, 14
qui ſeipſos non norint gubernare, *c. indecorum, de æta. & qual.* vn-
de exegit D. Paulus, *1. ad Timoth. 3.* in eligendo epiſcopo, vt ſit ſuæ
domui bene præpoſitus. ¶ In † abbatia, quia in aliis quam epiſco- 15
patu ſufficiunt 25. anni, *d. c. cum in cunctis, §. inferiora, de elect.* pu-
to & totidem ſufficere conferenda: niſi ius prælaturæ & trigeſi-
mum exigat, quodque melius eſt. ¶ In † Gallia ſufficiunt 27. anni 16
ad prælaturam obtinendam, & eius ætatis virum poteſt nomina-
re rex ſummo pontifici, dummodo aliæ qualitates deſideratæ ad-
ſint, ex conuentionibus Gallicis, *§. 1. de regi. ad prælatu. nominat. in
concor.* At ad monaſteria, & prioratus conuentuales, & electiua a-
lia regularia beneficia, ad quæ rex Galliarum nominat, ſufficiunt
anni 23. dummodo nominatus aliter idoneus ſit, *§. monaſteriis, de
reg. ad prælat. nom. in concor.* ¶ Verum † arbitror ex cauſſa poſſe per 17
ſum. pont. diſpenſari ætati, ſi prudentia & rerum ſcientia eam ſup-
pleat, *c. ſi. de deſp. impub.* Sicuti veniam ætatis ſolet princeps iuue-
nibus probis moribus inſtructis concedere, dummodo impleue-
rint 20. annum, & mulieres 18. *l. 2. de his qui veni. ætat. impetr. lib.
2. C. titu. 45.* Regula autem cancellariæ Pauli Pap. III. ſuper ætatis
defectu gratiam poſſe fieri tantum duorum annorum tradit, ha-
bita prius informatione idoneitatis. ¶ Erat † iuuenis Timotheus 18
epiſcopus a D. Paulo præfectus, vt ex verbis epiſtolæ ad eum miſ-
ſæ conſtat, *1. ad Timot. 4.* μηδείς σοῦ τῆς νεότητος καταφρονείτω, ἀλλὰ τύ-
πος γίνου τῶν πιστῶν ἐν λόγῳ, id eſt, *nemo iuuentutem tuam contemnat,
ſed eſto forma & exemplum fidelium in ſermone, &c.* Cuius exem-
plo D. Ignatius, *epiſt. 6.* Damam epiſcopum Magneſiorum iuue-
nem, honorandum eſſe docet Salomonis & Ioſuæ quoque exem-
plo, *Quia non longi*, inquit, *temporis ſpatium, ſed ſpiritus ſanctus ſci-
entes & ſapiētes reddit.* Poſſunt eſſe quamuis raro cani iuuenis ſen-
ſus, vt Danielis prudentia ſenum malitiam aliquando vicit, & ſæ-
pe vaſa innocentia, & pura iuuenum Deus inhabitare non dedi-
gnatur, & erudire præter vulgarem hominum ordinem: neque e-
nim perpetuo ipſi homines ſua loquuntur, ſed Deus eſt, qui in il-
lis loquitur. Verumtamen non ſunt temere exempla eorum, quæ
raro accidunt, ſequenda: cum periculum animarum ex epiſcopo-
rum præfectura non leue ſit, ſed pernicioſiſſimum. Et vix iuuenis,
qui non expertus eſt ætate rerum varios caſus, poteſt hanc paſto-
ralem curam probe, quantumuis literarum peritus, exſequi. In ſe-
nibus eſt prudentia, & iam in iis quantum illorum valeant artus
in pugna hac ſpirituali, licet annotare: in iuuenibus promtus qui-
dem ad dignitatis ambitionem animus, & ad bibendum calicem
inexpertæ vires & dubiæ, & neophytorum ordinationi ſuccreſcit
ſuperbia. In non curatis beneficiis & minoribus, & intra pupilla-
rem ætatem, quē poſſe canonicum eſſe etiam eccleſiæ cathedra-
lis non ambigitur, *ca. ex eo. c. 32. de electio. in 6.* dum pueri nō ſint:
quamuis curata non poſſint conſequi, *vide c. ſuper inordinata, 35.
iuncta glo. in verb. pueri, de præben. apud Grego.* Et hæc eſt ſententia
gloſſarum, *in d. cc. ex eo. & ſuper inordinata.* ¶ Quibus † repugna- 19
bant alii, vnde ſequi oportet nunc regulam cancellariæ 17. quæ ſta-
tuit prouiſiones, ſeu conceſſiones, vel mandata de prouidendo de
cathedralium eccleſiarum canonicatibus, ſeu præbendis, non va-
lere, niſi prouiſus 14. ætatis annum compleuerit: & ſi fiant de ca-
nonicatibus, & præbendis eccleſiarum collegiatarum, decimum,
niſi expreſſe in prouiſione per ſum. pontif. ætatis fiat diſpenſatio.
Notatq; ibi glo. antiqua, ordinarium non poſſe in his diſpenſare,
aut minoribus illa beneficia conferre. ¶ Ceterum † alia beneficia 20
minora poſſe conferre maioribus ſeptennio, vt ſi portio ſit quæ
non ſit canonialis collata, arg. l. de pretio. de publ. in rem actio. In
concilio tamen Tridentino, *ſeſſ. 7. tit. de reform. can. 5.* ſtatutum,
ne etiam in minoribus ordinibus conſtitutus, poſſit ante 14. annū
beneficium obtinere. ¶ Vltra † ætatem legitimam iura exigunt in 21
eo, qui præficiendus aliis eſt, ſummopere bonos mores, quibus &
exemplo cum doctrina poſſit aliis prælucere, eoſque interdum
præferunt iuſtis natalibus, *ca. innotuit, c. 20. de elect.* ¶ Dehinc
† qui adipiſci vult beneficium, debet eius conditionis eſſe, quæ 22
præſcripta eſt naturæ beneficii, vacant ideo qualificatum qualita-
tibus requiſitis, *§. præfatiq; ordinarii, de collat. in concord. Gall.* vt ſi
theologalem præbendam nanciſci velit, ſit Theologus baccalau-
reus formatus, qui per decem annos ſtuduerit, qui legere ſeu in-
terpretari ſacras ſcripturas, & prędicare poſſit, *§. ſtatuimus inſuper.
de collat.*

*de collat.in concor.c.ſi de magiſtr.ap.Greg.* ¶ Sacerdotalis † præbenda ſacerdotibus in ætate legitima conſtitutis tantum, non illis, qui non ſunt presbyteri, vel ante ætatem legitimam facti ſunt, conferenda, *ca.ei cui de beneficio, ca.29. de præben. in 6.* quamuis ante ætatem ordinatus recipiat verum ordinem & characterem, ſuſpẽditur tamen ab exercitio. *c.vel non eſt compos, de tempo. ordin.* Datur nihilominus prouiſis de cura parochiali annus ad adipiſcendum presbyteratum, computandus a die adeptæ pacificæ poſſeſſionis beneficii, & alio impedimento legitimo ceſſante, *ca. licet canon. & ibi glo. & ca.commiſſa, de electio.in 6.c.licet, de præben.in 6.* niſi etiam ob ſtudium literarum per ſeptennium diſpenſetur, vt fieri poteſt, *gl.in c.licet canon.in ver.idem tempus, & c.cum ex eo.de*
24 *præb.in 6.* ¶ Sed † in omnibus beneficiis oportet tempore collationis, eſſe clericum, id eſt, tonſuratum, aliter non poteſt poſſideri beneficium, *c.ex literis, 6. de tranſact.* ſine tonſura prima enim laicus quis eſt, & laici incapaces beneficiorum ſunt, vt paulo ante
25 in principio iſtius capitis diximus. ¶ Sed † & clericum oportet eſſe ſine vxore: nam qui vxorẽ duxit, etiam per ſimplicia verba de præſenti, & ſine copula incapax eſt, *in extrauag. Ioan. 22. antiqua deciſ.quæſt.Tholo.361.* & ſi habeat beneficium, ſtatim amittit, *c. 1. de*
26 *cleric.coniuga. & ibi Collect.deciſ.capel.239.* ¶ Regularia † regularib. perſonis beneficia, ſecularia ſecularibus conferenda, *c.cum de beneficio, c.5. de præb.in 6 §.volumus, de elect.in concor.c.nullus, de elect.ap.Greg.* Neq; conferendo beneficium regulare ſeculari, vel contra, cenſetur ideo diſpenſatum: niſi in ſignatura vel prouiſione, de commenda expreſſe fiat mentio, *in reg. cancell. Pauli Pa. 3.*
27 *tit.de commendis.* ¶ Rurſum † regularia, vt prioratus eccleſiarum, vel adminiſtrationes, non debent concedi alterius ordinis monachis, quam eius per quos ſolita ſunt hactenus poſſideri, ſine auctoritate ſummi pontificis, *c.cum ſingula.32. de præb. in 6.* Iiq; debẽt expreſſe eſſe profeſſi regulam ordinis, vel qui emittere omnino profeſſionem, & habitum ſuſcipere teneãtur, ex concilii Tridentini decreto, *ſeſſio.4.in Decret.de reformat.can.10.* Quanquam ſenatuſconſulto Pariſienſi anno 1534. 21. Febr. iudicatum ſit oportere præcedere prouiſionem profeſſionem expreſſam & certam, nec ſufficere tacitã, vel expreſſam ſine die, *Papus lib. 2. Rhapſ.*
28 *areſt.tit.4.areſt.6.* ¶ Monachis † autem mẽdicantibus nulla beneficia concedi poſſunt, *Antiq.interp.in regu.3. cancella. Innocentii 8.* Quia enim expreſſe votum emittunt abdicationis proprietatis, & paupertatem profitentur, incapaces ſunt redituum & prouentuum annalium, *Clem. exiui. §. cumq; annui reditus, de verb. ſignif.* Habent tamen iſtæ mendicantium ſacræ familiæ, prioratus ſuos, ſed non ſunt beneficia, ſed adminiſtrationes ſui ordinis, & re-
29 gulæ. ¶ At † alii monachi non mendicantes poſſunt beneficia poſſidere ſibi conuenientia, & ex electione, & confirmatione, *can.doctos, cano.ſi monachus, & ſeq.16.q.1.* proprie tamen parochialibus eccleſiis præfici non poſſunt, *can.de monachis, §. fi. & c.*
30 *ſeq.16.q.1.* quia ſecularia beneficia ſunt. ¶ Placuit † tamen monachos poſſe eligi in epiſcopos: dummodo ſine controuerſia eligãtur, & cum conſenſu ſuorum prælatorum, non alio modo, *c.quorundam, 24. de elect.in 6.c.quam ſit, § nullus, 18.q.2. can.ſi quis monachus, 16.q.1.can.legi.eod.tit.* & abſoluuntur a iugo ſuæ profeſſionis, *can.1.18.q.1.* tamen non debent mutare habitum, nec ſubſtan-
31 tialia ſui ordinis, *can.de monachis, 16.q.1.* ¶ Neq; † monachiſmus ſolus eſt impedimentum, quo minus quis gradum epiſcopalem conſcendat, neque numeratur inter ea, a quibus eſſe immunis debet, qui in epiſcopum ordinatur, quę in concilio Toletano 4. collecta ſunt, & referuntur a Gratiano in ſuo decreto, in ca.qui in ali-
32 quo, 51. diſtin. ¶ Alia † qualitas quoq; conſideranda in beneficiis conferendis, vt ſint perſonæ, quibus conferuntur, ex legitimo matrimonio procreatæ, *ca.innotuit, c.20. de elect. c.per venerabilem, c.13.§.ſi qui fil.ſint legit.li.4.Decret.tit.17.ca.niſi cum pridem, §.perſonæ, de renuntia.c.cum in cunctis, de elect.Deuter.23.* niſi cum iis diſpenſatum fuerit, ob morum probitatem, & vitæ integritatem, & literarum ſcientiam, ſuper natalibus, *d.ca.innotuit, de elect.c.Cænomanenſem, 56.diſt.* ¶ Sic † filiis legitimis & naturalibus presbyte-
33 rorum, nempe genitis ex matrimonio ſine bigamia, ab eo qui vxore mortua presbyter fuit factus, poteſt prouideri de beneficio iure communi, etiam in eccleſia patris, *c.adhæc, de fil.preſbyt.* & de paterno beneficio, quod pater tenuit antea mediate, & dummodo id beneficium immediate non fuerit a patre poſſeſſum, *c.ex tranſmiſſa, eod.c.præſentium, eod.* vt euitetur ſucceſſio in beneficiis eccleſiaſticis, *c.conſtitutus, c.quoniam, c.ad exſtirpandas, eod.tit. & ita iudicatum Pap. Rhapſ.areſto.li.2 tit.4.areſt.1.* nam tunc eſt opus
34 diſpenſatione, *c.ex tua, eo.* ¶ De † filiis autem presbyterorum illegitimis, Clementis VII. eſt conſtitutio anni 1533 qua inhibetur, ne poſthac ſpurii recipiãtur in beneficio paterno, nec cum legitimatione, diſpenſatione, vel alio modo, *vide Pap.lib.2. Rhapſ.areſt.tit.4.areſt.1.* Quare & oporteret fieri mentionem in diſpẽſatione dictæ prohibitionis. Idipſum & in nepotibus locum habere etiam legitime natis ex ſpurio, vt non poſſint conſequi beneficium auitum, iudicatũ Tholoſæ anno 1534. *idem, vt ſup.areſt.2.* ¶ Sed † quis 35
beneficiãdos natalibus reſtituet iuſtis? quis poteſt diſpenſare? Hic diſtinctio adhibẽda eſt, an beneficia ſint ſimplicia, an vero dignitates, vel curata. Et rurſum in ſimplicibus, an is, cui cõferenda ſunt, ſit filius illegitimus presbyteri, qui habuit idem beneficium in eadem eccleſia, in qua filius inſtitui debet, an in alia: & ſi pater illegitimus habuit in eadem eccleſia ſimplex beneficium ſeculare, veluti canoniã, debet diſpenſatio fieri a ſum.pontif. ab epiſcopo non poteſt, *c.cum decorem, & c.ad abolendam, & ibi gl. in ver. non valere, c.dilectus, & c.fi.de fil.preſbyt.ap.Grego.* Extra eccleſiam paternã, & in beneficio ſimplici ſeculari, diſpenſat epiſcopus, ſi cura non imminet animarum: in perſonalibus autem, dignitatibus, & curatis, tantum ſummus pontifex, *expreſſe in c.1. eo.in 6. & c.fi.eod.apud Greg.c.innotuit, § 1.de elect.ap.Greg.* ¶ Hic † obſeruare dignum eſt 36
diſpenſationem natalium, vt poſſit quis promoueri ad ſacros ordines, nõ produci, vt diſpenſatus quis cenſeatur ad obtinenda beneficia, *de ſancto Gemin.in ca.1.de fil.preſbyte.in 6. Angel. Clauaſ. in verb.beneficium, nu.22.* nec diſpenſatus ad habendum beneficium curatum, cenſetur diſpenſatus ad obtinẽdam dignitatem: nec valet argumẽtum in diſpenſatione a ſimili, vel a maiori, vel a minori, *Geminianus, in c.fi.de fil.preſbyt.in 6.* Nec diſpenſatus ſuper natalibus ad effectum obtinendi beneficium & ordinem, poteſt impetrare diſpenſationẽ ſuper pluralitate beneficiorũ: non facta mentione de defectu illegitimitatis, ſeu nataliũ, vel ordinum. *d.c.fi. & ibi Gemin.* ¶ Atq; † in regula cancellariæ Innocentii VIII 50. cau- 37
tum, vt concedi tantum poſſint graduatis, vel e magnis parentib. illegitime natis, per ſimplicem ſignaturam diſpenſationis, per *fiat vt petitur*, quatuor beneficia, etiam ſi ſint præbendæ cathedraliũ, vel collegiatarum eccleſiarum, & maiores poſt pontificalem, & poſt principales in collegiatis eccleſiis: aliis vero per *fiat* tria: & per *fiat vt petitur* quatuor, ſi petantur. Dummodo canonicatus & præbendæ cathedralium eccleſiarum, vel dignitates non exſiſtãt.
¶ Deinceps † alia qualitas in iure præficiendis exigitur, vt ſint re- 38
gnicolæ, vel idioma nouerint eorum, quibus præficiuntur in parochialibus eccleſiis, vt habetur in regula cancellariæ Romanæ Gregorii XI. & Eugenii IIII. Cum enim rector ſiue paſtor eccleſiæ, *c.quamuis, de re iu. ca.quicquid, 1.q.1.* parochorum debeat audire exomologeſes, *c.omnis, de pæn. & remiſ.* illis verbum Dei interpretari, *clemen.2.de ſepult.c.ecce, 95.diſt.c.inter cetera, de offi.ord. cum ſimil.* eos viſitare, *Prouer.27. Eccleſ.32. capi. ſedes apoſtolica, de præb.in extra. Ioan.22.* hoc munus recte impleri non poteſt per eos, qui nec poſſunt intelligere loquentes, nec intelligi poſſunt.
¶ D. Auguſtinus † facilius animalia diuerſi generis ſibi ſociari tra- 39
dit, *D. Auguſtin.lib.19.de ciuit.Dei, c.7.* quam diuerſæ linguæ eiuſdem ſpeciei homines, & diuerſitatem linguarum hominem ab homine alienare. Et D. Paulus, *1.ad Corint.14. Si neſciero virtutem vocis, ero ei cui loquor barbarus, & qui loquitur mihi barbarus.* Et inter ſigna iræ maioris Dei in populum apud Hieremiam, c. illa imprecatio eſt, *Adducam ſuper vos gentem, cuius ignorabitis linguam, nec intelligetis quid loquuntur.* Et in Deuteronomio 28. *Adducet ſuper te Dominus gentem de longinquo, cuius linguam intelligere non poſſis.* Nec voluit ſeuerius punire ſuperbiam ædificantium turrim Babelis, quam per linguæ confuſionem, vt quid vellent mutuo non intelligerent, *Geneſ.11.* Contra, Deus ſacroſanctum regni æterni euangelium publicaturus, voluit variis linguis loqui Apoſtolos, *Actuum 2.* Refert Cardinal. *in c. ſignificaſti, de iur. patro.*
¶ Hugonem † antiquum interpretem dicere ſolitum, patronum 40
debere præſentare epiſcopo clericum eiuſdem diœceſeos, qui intelligat, & intelligatur. Hoc etiam tradit Rochus de Curte, in tractat. de iure patronatus, in verbo, *honorificum*, quæſtio. 18.
¶ In † Gallia etiam exterus, ſeu alienigena eſt incapax benefi- 41
ciorum, ex priuilegio regni, & impetrata ab illis poſſunt ab incolis impetrari, *gloſſ.in proœm.prag.ſancti.in verb.exterorum, in conſtit. Ludou.12.rubri.des præſidens & conſeillers, & in ſtyl. parla.de præb.ord.3. Rebuff. tractat. de pacific.poſſeſſo.nume.217.* cuiuſcunque generis ſint, nec poteſt diſpenſari a Papa alienigenæ, vt ſine literis naturalitatis impetratis a principe noſtro, poſſit beneficia conſequi in hoc regno Galliæ, *Rebuffus in 3. part. pract. benefic. in regu.de idiomate.* Ceterum ſi poſt adeptionem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

beneficii alienigena, qui albinus, id eſt, alibi natus dicitur, obti-
nuerit a principe, valebit adeptio, & retinere poterit beneficium,
vt refert Rebuffus fuiſſe in ſenatu Pariſienſi iudicatum, *Rebuff. in*
*d. reg. gl.* 1. Odioſas tamen notabis has cōceſſiones naturaliſationis
ad conſequenda beneficia, & ea ratione aliquando reuocatæ ſunt
a Ludouico XII. quas conceſſerat ante Carolus VIII. & nondum
ſortitæ erant effectum, *aux ordon. du Roy Loys* 12. *aux modifica-*
42 *tions art.* 33. ¶ In † Britannia quoq; cautum: *Sacerdos Gallicus, ſacer-*
*dotium in Britannia ne occupato.* Bononiæ quoq; ſtatuto ſacra be-
neficia, ſeu publica munera numquam conferuntur exteris, *Bar-*
*ba. conſ.* 23. *vol.* 1. Illud ipſum in Hungaria ſeu Pannonia ſeruatum,
*c. bonæ, in §. fi. de poſtu. præla.* Et cautum Veronenſi ſtatuto, *Bal. conſ.*
43 *46. vol.* 1. ¶ In † Gallia itaq; exigimus, vt is, cui confertur beneficiũ
ſit regnicola, vel ius regnicolæ impetrauerit. Deinceps, vt quibus
prælaturæ dantur, ſint magiſtri in theologia ſaltem, vel licentiati,
vel doctores, aut licentiati in altero iurium, iuris ciuilis, aut cano-
nici, in vniuerſitate approbata: ſint graues perſonæ, 27. annorum
ſaltem, nominati a rege ſummo pontifici intra ſex vel nouem mẽ-
ſes. At in minoribus beneficiis, diſtinctio adhibetur beneficiorũ
debitorum graduatis nominatis, & graduatis ſimplicibus, & alias
idoneis, per menſium anni diſtinctionem, in quibus beneficia va-
cauerint, *l. hæc omnia, in §. 1. de regia ad præla. nomi. in concord. Gall.*
44 ¶ Nam † beneficia vacantia in mẽſe Iulii, & Ianuarii, *§. præfatiq; or-*
*dinarii, de colla. in concor. de menſib. vide tit. de regia. facul. primi mẽ-*
*ſis nomina. in concord* debent conferri graduatis, ſaltem baccalau-
reis nominatis, qui in vniuerſitate regni priuilegiata per debitũ,
ſeu præſcriptum tempus ſtuduerint, nempe, *§. præterea volumus,*
*de collat. in concor.* magiſtri, ſeu licentiati, aut baccalaurii in theo-
logia, per decennium: per ſeptennium doctores licentiati, in iure
canonico, ciuili, & medicina: quinquẽnium magiſtri, aut licentia-
ti in artibus: cum tamen ſexennium baccalaureis ſimplicibus in
theologia ſufficiat: quinquennium baccalaurei iuris ciuilis, vel ca-
nonici, niſi nobilibus ſint parentibus orti, quo caſu iuris ciuilis &
canonici baccalaureis triennium ſufficit, *idem in ordinatio. nouis*
*Ludou.* 12. *art.* 7. 9. *&* 11. *& in antiq. artic. c.* 5. *in §. videlicet, de coll. in*
*prag. ſanctio.* Debet tamen cōſtare de nobilitate, atteſtatione pro-
pria, quæ inſinuari debet vna cum aliis literis ſeu codicillis gra-
dus, & nominationis. Exigit & conſtitutio regia, & conuentiones
Gallicæ, & ſummi pontificis, vt qui gradus aſſequuntur ſint gra-
duati in vniuerſitate, ſeu Academia, non ſub bulla: ſint dehinc no-
minati, *§. volumus, de collat. in concor.* quodq; literas præſentaue-
rint ei, a quo beneficia obtinere deſiderant, gradus & nominatio-
nis debito tempore, nempe quadrageſimæ, *d. §. præfatiq; & §. te-*
*neantur, de colla. in concor.* & poſtea petant vacantia beneficia, &
proſequantur, *d. §. teneantur, & §. fi. eod.* In menſe Aprilis, *d. §. præ-*
*fatiq; ordinarii*, & Octobris, beneficia quæ vacauerint, debentur
quoq; graduatis: ſed nō ſunt affecta ſolis nominatis, verum etiam
& ſimplicibus, qui literas ſuorum graduum cum tempore ſtudii
debite inſinuauerint. At in reliquis menſibus, *eod.* Maio, Iunio,
Auguſto, Septembri, Nouembri, Decembri, Februario, & Mar-
tio, beneficia vacantia poſſunt libere præſentatis a patronis, & ſi-
ne præſentatione conferri ab ordinariis, alterius qualitatis homi-
45 nibus, alioquin tamẽ idoneis. ¶ Hoc † obſeruato, vt ſi beneficium
ſit villæ muratæ, teneantur illud conferre graduato, vel ad illud
præſentare aliquem graduatum ſeu ſimplicem, ſeu nominatum,
*§. ſtatuimus quoq; in* 2. *de colla. in concor. §. in eccleſiis autem, eo. tit. in*
*prag. ſanct. in conſti. antiq. Ludou.* 12. *reg. art.* 6. & qui ſaltem ſtudue-
rit in altero iurium, vel in theologia per triennium. ¶ Obſerua-
46 mus † quoq; in qualitate nominationum, vt in literis nominatio-
num exprimi debeat beneficium, quod tunc quis poſſidet, & ve-
rus eius valor, alioquin inutiles illis ſunt, *§. volumus autem, de coll.*
*in concor. §. item quod vniuerſitates, eo. tit. in prag. ſancti.* Quia ſi quis
poſſidet beneficium, vel beneficia habentia prouentus ducento-
rum florenorum vel aureorum de camera, non poteſt in vim gra-
dus & nominationum, petere beneficium vacans, *d. §. volumus, &*
47 *§. quod ſi quis ex dictis, eo. tit. de colla. in prag. ſanct.* ¶ Eſtq; † regula
generalis in gratiis ad beneficia, ſeu in exſpectatiuis beneficiorũ:
vt qui eas impetrat, teneatur beneficii quod poſſidet verum valo-
rem exprimere, alioquin impetrationes nullæ ſunt, *in reg. cancel.*
61. *clem.* 1. *de præb. facit c. poſtulaſti, & c. ad audientiam, de reſcript.*
Item & aliæ qualitates beneficii in gratiis, ſeu mandatis exprimi
debent, quod curata vel alterius generis: aliter nullæ. Quamuis in
aliis impetrationibus qualitatis expreſſio omiſſa non noceat, *Ro-*
*ta, in deciſ.* 202. *in antiquis.* Ceterum ſingulare eſt & notabile, col-
lationem factam in vim gradus alterius beneficii graduato ha-
benti beneficium ducentorum florenorum auri, ipſo iure non eſ-
ſe irritam, & ideo non eſſe eius incapacem: verumtamen poſſe a-
lium graduatum illud beneficium petere a collatore, & ita proſe-
qui. Quia poſtquam huic graduato non debetur in vim gradus,
ergo alteri debebitur, *hoc probat & annotat Rebuffus, in §. volumus,*
*ad ver. in vim gradus, de colla. in concord.* Item notabile, quod an-
tequam ſit prouiſum graduato inſinuanti vſque ad prædictã ſum-
mam 200. aureorum, poterit petere aliud beneficium compati-
bile tamen cum primo, licet prius haberet vnum, vel plura, *Re-*
*buff. d. §. in ver. non poſſit, per cap. quamuis primum, de præb. in* 6. Nō
poterit tamen incompatibile petere, nec conſequi, niſi prius ha-
bita diſpenſatione, *c. ordinarii, §. 1. de offi. ord. in* 6. Dico autem præ-
cedere debere diſpenſationem ipſam acceptationem: nam diſpẽ-
ſatio poſterior non firmat acceptationem, *c. quamuis, de reſcri. in*
6. nec re habilitat in præiudicium alterius, *c. per venerabilem, qui*
*filii ſint legitimi.* ¶ Nominationes † porro quæ dantur, tantum cō- 48
ceſſæ cenſentur ſecundum perſonarum quibus dantur qualitatẽ:
nempe ſi regulares ad regularia, ſi ſeculares ad ſecularia tantum,
*expreſ. in d. §. volumus, in concord. c. cum de beneficio, de præben. in* 6.
*c. poſſeſſiones, de reb. eccleſ. non alie. l. plenum, §. equitii, de vſu & habi.*
Nec diſpenſatio hic ſummi pontificis iuuare poteſt confuſionem
& mixtionẽ qualitatum, *d. §. volumus, verſi. inſuper de collat.* ¶ Ob-
ſeruatur † quoque, vt in menſibus, quib. debentur beneficia gra- 49
duatis & nominatis, antiquior præferatur, qui eo anno literas ſtu-
dii, gradus, nominationis, & atteſtationem nobilitatis, ſi eius vta-
tur priuilegio inſinuauerit tempore congruo. ¶ Quod † ſi concur- 50
rant nominati eiuſdem anni, doctores licentiatis, licẽtiati bacca-
laureis (demtis baccalaureis formatis in theologia, quos fauore
ſtudii theologiæ, licentiatis in iure ciuili, aut canonico, aut medi-
cina præferri placuit) baccalaurei iuris pontificii aut ciuilis ma-
giſtris in artibus, præferũtur, *hæc in §. ſtatuimus quoq;, §. 1. de collat.*
*in concord.* in beneficiis autem debitis ſimplicibus graduatis, qui
gradus quoque literas debite inſinuauerint, collatores & patroni
poſſint præferre eiuſdem qualitatis quem volent, &, vt dicitur,
eſt locus gratificationi, *proxime citato, §. ſtatuimus, & in ordin. Lu-*
*dou.* 12. *art.* 12. Sicut in nominatis, ſi concurrant doctores cum do-
ctoribus, & licentiati cum licentiatis, baccalaurei cum baccalau-
reis eiuſdem facultatis, ordinis, & anni, electio erit libera collato-
ri: quod ſi diuerſæ eſſent facultatis gradibus paribus, theologus
canoniſtæ, canoniſta ciuiliſtæ, ciuiliſta medico, medicus artium
graduato præfertur, *d. §. ſtatuimus, & §. exhortamur, de collat. in*
*prag. ſanct.*

¶ Subinde † dicimus beneficia, potiſſimum curata, non poſſe 51
conferri furioſis, *vide de his & ſeq. Rebuff. in tract. de pacifi. poſſeſſ.*
*nume.* 185. *vſq; ad numeros plures*, coniugatis, *c.* 2. *c. cum decorem, de*
*cler. coniug.* vel deſponſatis per verba de præſenti, quia & eo ipſo
facto poſſeſſa amittunt, *c. 1. de cleri. coniug. in* 6. nec promotis per
ſaltum, *Prapoſit. in cano. ſolicitudo,* 52. *diſt.* vel extra tempora ordi-
natis, *ca. cum quidam, de temp. ord.* vel vno tempore ſacros plures
accipientibus ordines, *c. dilectus, & c. literas, eod.* bigamis, *c. vni. de*
*bigam. in* 6. ſchiſmaticis, *can. nos conſuetudinem,* 12. *diſt. c. quia dili-*
*gentia, de elect.* ſimoniacis, *c. cum clerici, & ibi Panor. de pact. c. nobis,*
*& ſeq. de ſimonia.* reo criminis læſæ maieſtatis, *glo. in c. ſatis peruer-*
*ſum,* 56. *diſt.* ſortilego, *Rebuff. de pacifi. poſſeſſ. num.* 202. ſacrilego, *c.*
*venerabilem, de elect.* relegato ſeu bannito: quia non poteſt deſer-
uire, & ita iudicatum in ſenatu Tholoſano an. 1539. in vigilia nati-
uitatis Domini, licet beneficio, quod ante condemnationem ha-
bet, quis non priuetur, *Rebuff. de pacifi. poſſeſſ. nu.* 203.

¶ Minus † conferri poſſunt falſario literarum Papæ, *ca. de falſa-* 52
*riorum, de crimin. falſ.* excommunicato, *ca. poſtulaſtis, de cleri. ex-*
*com.* ſuſpenſo ab officio, *c. cum bonæ, iunctã gl. de ætа. & qual. c. cum*
*dilectus, de conſuet. cum ſimil.* apoſtatæ, *c. pen. & fin.* 50. *diſt.* ſodomi-
tæ, qui peior homicida, *can. mulier,* 15. *q.* 1. publico concubinario
monito nec emendato, *§. 1. de publi. concub. in concord.* homicidæ,
*Apoca. c. fin. ibi, foris homicidæ*, quia non poteſt promoueri ad cle-
ricatum, *c. accedens, de accuſa. can. ſi quis omnem,* 1. *quæſt.* 7. *can. ad*
*aures, de æta.* proinde nec militi, qui bellum frequentauit, *Prapo-*
*ſit. in can. miror.* 50. *diſtin. & can. ſtudeat, ibid. Rebuff. de pacifi. poſ-*
*ſeſſ. num.* 211. morbo comitiali detento, *c. 1. de cler. ægro. c. commi-*
*nutio.* 33. *diſtin.* periuro, *c. querelam, de iureiur. ca. conſtitutus, in* 2.
*de appel. & ibi interp. cum ſimilib.* ſi de periurio fuerit per ſenten-
tiam damnatus, *c. cum non ab homine, de iudic.* vſurario pu-
blico, *cano. de Petro.* 47. *diſtinct.* &
manifeſto.

De qua-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## De qualitate conferentium beneficia.

### Cap. 7.

1 *Beneficia conferunt tantum clerici, non laici.*
2 *Beneficia conferre ex priuilegio quomodo laici poſſint, & qui.*
*Pontificis ſummi electio in poteſtate regis Galliæ olim, eod.*
*Ad beneficia nominat rex Galliæ, eod.*
3 *Summum pontificatum & cardinalatum qui conferant.*
4 *Prælatos qui eligant.*
5 *Beneficiorum collatio iure ordinario pertinet ad epiſcopum diœceſeos.*
6 *Capitulum ſede vacante non confert beneficia collationis epiſcopalis, præſentatos tamen inſtituit: communis etiam collationis cum epiſcopo confert beneficia, & permutationes admittit.*
*Collatio beneficiorum inter fructus epiſcopales, eod.*
7 *Epiſcopus ante confirmationem non confert beneficia epiſcopatus.*
8 *Archiepiſcoporum, & Patriarcharum in beneficia poteſtas.*
9 *Summus pontifex quæ beneficia iure proprio confert.*
10 *In beneficiorum collatione concurrit ſummus pontifex cum ordinariis, & qui potior tempore, potior iure.*
11 *Legatus a latere ſum. pontif. in beneficiorum collatione concurrit cum ordinariis, non alii legati miſſi, aut nati.*
*Legati apoſtolici priuilegia remiſſiue, eod.*
12 *Beneficiorum tituli iuris poſitiui, & in arbitrio ſummi pontificis ſunt.*
13 *Graduatus inſinuans quando præueniat ſum. pontif. in collatione beneficiorum.*
*Patroni præſentatio præuenit collationem Papæ, eod.*
14 *In præuentionibus ordinarii, & ſummi pontificis obſeruanda.*
15 *Beneficia confert & vicarius loco epiſcopi.*
16 *Vicarius epiſcopi quando confert beneficia præſente epiſcopo.*
17 *Collatio beneficiorum ad alios quam ordinarios pertinet conſuetudine, priuilegio, præſcriptione.*
*Collationis beneficii capituli cum epiſcopo vna, vel diſiuncti modi, eod.*
18 *Collatio beneficiorum ad laicos, & mulieres interdum pertinet.*
19 *Collationum ius & fructus beneficiorum quomodo ad regem Gallorum pertineat.*
20 *Parochiales eccleſiæ non veniunt in ius regaliæ principum.*
21 *Imperatoris & regis Apuliæ ius in beneficia.*
*Hungariæ ius in beneficia, eod.*
22 *Arragoniæ regis ius in beneficia ob Mauros depulſos.*
23 *Regaliorum in beneficiis cauſſæ quædam.*
24 *Decimas laici quomodo poſſidere poſſunt.*
25 *Regum auctoritas in ſacra.*
26 *Reges ethnici aliquando ſacra tractarunt, & fecerunt.*

1 IN conferendis beneficiis † prior regula collatorum conſtituen-
da eſt, clericos eſſe debere qui conferant: ideo hanc omnino
iure communi poteſtatem fuiſſe a laicis perſonis ſecretam, *tot. 63.
diſt. c. ſacroſancta, de elect. can. ſi quis deinceps*, 16. *q.* 7. *c. Maſſana. cap.
quiſquis, de elect. can. imperium*, 10. *diſt.* quia eccleſiaſtica non poſ-
ſunt tractare, *ca. quamuis ſit graue, de decimis, cum ſimil.* vt ſæpe di-
ximus, *ca. Adrianus, ca. in ſynodo, 63. diſt. can. vota, §. 1. c. quia ſancta,*
2 *eod.* ¶ Verumtamen † ex priuilegio quædam poteſtas illis in bene-
ficia conceditur, quæ non vſurpatur ex propria auctoritate: vt in
electione ſummi pontificis olim Galliarum imperatori permiſ-
ſum ius, poſtea eiuratum, *can. tibi, 63. diſt. ca. ego Ludouic. can. con-
ſtitutio, ead. diſt.* Habet & ex priuilegio rex Galliarum ad prælatu-
ras nominationem, *de regia ad prælatu. nomi. in concor. Ruſeus, in
tract. de iure regal.* Item & in aliis, ſi ſibi ius illud in fundatione re-
tinuerit, & ſumm. pontifex approbauerit, *ca. Eleutherius, 18. q. 2. c.
quando, de cenſib. & ibi Pan. c. dilectus, in 3. c. 34. de præb.* Quando-
que & aliis laicis ex priuilegio collatio permittitur beneficiorum,
*vt in d. c. dilectus.*

3 ¶ Itaque † iure communi hodie ſumm. pontificatus concedi-
tur per collegium cardinalium, *c. licet, de elect. ap. Greg. c. vbi, eod.
tit. in 6.* cardinalatus a ſummo pontifice, *clem. ne Romani, de elect.*
quamuis ex concilio Baſilienſi aliis cardinalibus reſeruetur ele-
ctio, *§ ſi. de numero & qualit. cardin. in prag. ſanct.*

4 ¶ Ad † prælaturas eccleſiarum, in quibus eſt capitulum, iure or-
dinario eligit capitulum, *c. 1. & ca. cum terra, c. ne pro defectu, de ele.
§. 1. eo. ti. in prag. ſanc. ca. congregatio, 16 q. 7 ca. Abbas, ca. Abbatē 18. q.
2. ca. nobis, de iur. patr.* ſeu congregatio, vel collegiū, & ſinguli ex il-
lis vocem habent electionis, vt in capitulo, ſi ſint in ſubdiacona-
tus ordine: non aliter, *clemen. 2. de ætat. & qualit.* confirmatio ele-
ctionem ſequitur, ſed de his poſtea.

¶ In † aliis beneficiis, collatio iure ordinario pertinet ad epi- 5
ſcopum eius diœceſeos ſub qua ſint, *c. eam te, de reſcript. ca. con-
querente, de offic. ord. c. cum veniſſent, de inſtitu. c. 1. de capel. mona. c.
cū ex iniuncto, de hæret.* quia omnes baſilicæ eius curæ in ſua diœ-
ceſi commiſſæ, *can. nullus, & can. omnes baſilicæ 16. q. genda*, 10. *q.* 1.
*c. omnes baſilicæ, de conſec. diſt. 1. c. 2. de inſtitu.* Hacque etiam in par-
te ſolicitudinis dati coadiutores epiſcopi ſummo pōtifici, vt par-
titis oneribus mandata cœleſtia facilius exſecutione demanden-
tur, *ca. mandata, de præſumt.* vocati namq; in partem ſolicitudinis,
non in plenitudinem poteſtatis, *c. ad honorem, de auct. & vſu pal-
lii, apud Gregor.*

¶ Proinde † ſede vacante, capitulum non poteſt beneficia con- 6
ferre, quamuis præſentatos inſtituere poſſit, *c. 2. ne ſed. vacan. apud
Greg. c. 1. eo. tit. in 6. can. preſbyteri, 24. diſt. ca. 1. de inſtit.* quod colla-
tio proprie ad ius epiſcopale pertineat, & inter fructus epiſcopa-
les ſucceſſoribus epiſcopis reſeruanda ſit, *gl. in c. cum olim, de ma-
io. & obed.* Niſi interim ſummus pontifex contulerit, vel niſi ad e-
piſcopum & capitulum collatio communiter pertineat: nam va-
cante ſede, tunc ſolum capitulum confert, *d. c. vni. ne ſed. vac. in 6.*
non aliter: ſed tantum vacanti beneficio œconomum poteſt con-
ſtituere, *c. cum vos, de offi. ord.* ſicut & ex cauſſa permutationis be-
neficia concedere, ſi credamus Panormitano, *in cap. cum olim, de
maio. & obed. in ſex. dubitatione.*

¶ Itaque † conſtat epiſcopum, qui ſuo iure confert, eſſe ordi- 7
narium collatorem beneficiorum, *d. c. cum vos, de offi. ordi. & ex-
tra. Ioan. 22. exſecrabilis*, ſi modo is epiſcopus confirmatus ſit: nam
electus ſolum ante confirmationem conferre non poteſt benefi-
cia, etſi alia ei quædam, vt in epiſcopo diximus, permittantur epi-
ſcopalia, *c. noſti, ca. tranſmiſſam, c. qualiter, de elect. apud Gregor. c.
auaritiæ, eod. tit. in 6.*

¶ Ceterum † dum de epiſcoporum poteſtate circa beneficia a- 8
gitur, non valde difficile eſt obſeruare hæc eadem locum habere
in archiepiſcopis & patriarchis, & ſummo pontifice: ſinguli enim
habere dicuntur epiſcopatum, in quo tamen alii aliis maiorem
dignitatem & poteſtatem in quibuſdam nacti ſunt, vt apparebit
ex ſerie dicendorum.

¶ Summuſq; † pontifex etiam confert beneficia iure proprio 9
ſolus, vt deuoluta, *c. licet, de ſuppl. negl. præla.* item ſi ei ſubiecta tan-
tum ſint, *c. ſi. de renunt.* vel transferendi ſint epiſcopi, *c. 1. de tranſ-
lat. epiſc. ap. Greg.* ¶ Concurrit † autem cum epiſcopi cuiuſq; pote- 10
ſtate ſummus pontifex in conferendo, ideo iuri præuentionis eſt
locus inter prouiſos de vno & eodem beneficio a ſummo pontif.
& ab ordinario, vt potior tempore, ſit potior iure, *c. ſi a ſede, & c.
dudum, de præben. in 6.* Eſt enim paſtor generalis vniuerſi gregis
catholici & Chriſtiani ſum. pontifex, alii in partem tantum ſolici-
tudinis vocati, vt dictum eſt, *c. ad honorem, de auct. & vſu pallii.*

¶ Quare † & legatus a latere ſummi pontificis, qui cardinalis 11
eſt, poteſt quoque in prouincia ſibi commiſſa per concurſum cō-
ferre beneficia, *c. 1. de offic. lega. in 6. c. dilectus, eod. ap. Gregor.* Quod
aliis tamen legatis miſſis, vel natis ratione adeptæ eccleſiæ non li-
cet: niſi ſpecialiter cōcedatur, *in d. c. 1. de offi. leg. in 6.* Quā quæſtio-
nem latius videbis explicatam apud Ioannem de Selua, *tract. de
benefic. 2. par. quæſt. 3.* per ſexaginta duo contraria, vbi fuſe de po-
teſtate legati apoſtolici, & eius priuilegiis.

¶ Summus † pontifex in cauſſis beneficialibus habet pleniſſi- 12
mam poteſtatem, *l. 2. de præb. in 6. clem. 1. vt lit. pend. c. propoſuit, de
conceſſ. præb.* epiſcopi ſemiplenam, ſecundum interpretes, *gloſ. in
can. conſequens, 11. diſt. Barbat. in c. quod tranſlationem, num. 92. cum
ſeq. de offi. lega.* & Papa conceſſit collationem beneficiorum epi-
ſcopis. Eſtq; per conſequens reuocandi ei poteſtas, vt & legem ex
arbitrio reuocat, *c. 1. de conſtit.* Quia & tituli beneficiorum ſunt de
iure poſitiuo, *c. 1. 22. diſt. Pano. in c. conſtitutus, de relig. domib.* Ita iu-
re ordinarios priori conceſſione præuenit, *c. dudum, §. nos igitur, de
præben. in 6. c. pen. de reſcrip. in 6.* & mandatis. Non ſecus quam cum
plures eiuſdem negotii poſſunt eſſe iudices, alius alium præueni-
re & alii præferri poteſt, *l. ſi quis poſteaquam, de iudic. in P. c. pen. de
for. compet.* Sicut & Papa etiam poteſt præueniri per ordinarium
in collatione. ¶ Et † in Gallia quoque, quando ante mādatum ſum- 13
mi pontificis de prouidendo, graduatus conditionis requiſitæ in-
terpellauit epiſcopum vel capitulum vel alium collatorem, ſibi
conferri beneficium, *in conſtitut. regiis titu. des graduez art. 14. Re-
buff. in rub. de mand. apoſtol. in §. declarantes, in ver. iure præuentionis,*

tunc Papa, vt prꝑuentus, non poteſt prꝑuenire eum in eo. Idipſum
quoque verum eſt, ſi ante collationem Papæ præſentauerit pa-
tronus, quanquam præſentatus poſt prouiſionem alterius a Papa
14 factam inſtitutus fuerit, *Rebuff. in d. § declarantes.* ¶ Ceterum † in
præuentionibus ſummi pontificis, & prælatione impetrantium,
obſeruandum eſt, vt impetrantes ſint qualitatis requiſitę in bene-
ficiis collatis, vel ſint diſpenſati legitime ab eo, qui poteſtatem ha-
bet. Item nulla collatio pontificis ſummi non præuenit ordina-
rium, vt ſi contra priuilegia & conuentiones Galliæ, & ſummi
pontificis fiat, *Idem in tit. de reſeruat. & in §. declarantes, de manda.
apoſtol. ad ver. iure præuentionis.* Nec præſtat impedimẽtum, quod
de iure non ſortitur effectum, *regu. iur. in 6. non præſtat.* Et quod
nullum eſt, effectum nõ producit, *l. quoties, qui ſatiſd. cog. in P.* Sic-
uti etiam ſi præueniat ſummus pontifex conferendo contra re-
gulam cancellariæ 18. de veriſimili notitia, vel ſi ex dolo impetrã-
tis præuentio fiat: puta, quia vt præueniret & deciperet ordinari-
um, celauit mortuum vltimum poſſeſſorem, donec impetraue-
rit, *Boer. deciſ. 287. incipit, in dicto proceſſu, ordin. reg. publi. an. 1539.
arti. 56 facit c. 1. de ſepult. apud Gregor.* Vel quando fieret fraus re-
gulæ cancellariæ de publicandis reſignationibus. Nec confert iu-
re præuentionis ſummus pontifex, quæ iure regali ad regem per-
tinent, *c. generali, de elect. 6. Ruſeus, tract. de iure regali.*

25 ¶ Loco † epiſcopi vicarius eius poteſt conferre beneficia, ſi e-
piſcopus illi ſpecialiter concedat & mandet, non aliter, *cap. fin. de
offic. vicar. in 6.*

16 ¶ Nec † tamen ideo minus poteſtas penes ipſum epiſcopum
remanet conferendi, etiamſi ſit & penes vicarium illius: quare &
poterit is conferre, *Ioannes Andreas, in cap. ſi capitulo, in gloſſa ad
verb. exſequatur, de conceſſ. præb. in 6. glo. in capi. dudum, & c. quam-
uis, 2. eod. tit. in 6.* Derogat namque reipſa epiſcopus conferendo
mandato, & generi per ſpeciem derogatur, *l. generi, de regulis iur.
l. ſanctio legum, de pœn. in P.* Atque vicarii officio ſuo non fungun-
tur, niſi abſente epiſcopo, vel cum is non poteſt, vel non vult offi-
cium præſens exercere, *c. cum nullus, §. epiſcopo, de tempor. ordinat.
in 6. facit lex iudicium ſoluitur, de iudic. in P. vide plura de poteſtate
vicarii circa beneficia, apud Ioannem de Selua, in tractatu de bene-
fic. quæſt. 22.*

17 ¶ Præter † ordinarium epiſcopum ſeu eius vicarium, confe-
runt & alii, vel ratione conſuetudinis probatæ, vel in vim priuile-
gii vel præſcriptionis. Quocirca conſuetudine vel ſtatuto ſeu vſu,
præbendarum collatio ad alios pertinere poteſt quam ad epiſco-
pos, *c. fin. de præben. in 6. c. ex frequentibus de inſtit. apud Gregorium,
c. ſi capitulo, de conceſſ. præben in 6.* Et aliquando capitulum benefi-
cia confert capitulariter, & vt dicunt, in communi: interdum ſin-
gulares eius capituli canonici, vel iure capituli, vel iure proprio
canoniæ, vel ratione dignitatis, vel perſonatus, vel officii, vel de
conſuetudine, vel ſtatuto eccleſiæ, vel ratione præbendarum, *cap.
fin. de præbendis, in 6. ca. cum in illis, eod.* Ea ratione interdum epi-
ſcopus confert vna & cõiunctim cum capitulo, interdum de con-
ſilio & aſſenſu capituli: vt & capitulum ſecundum ſtatuta, inter-
dum diſiunctim ſine epiſcopo, & alias cum conſilio epiſcopi, *vt
toto c. 1. ne ſede vacan. in 6. c. cum eccleſia, de elect.*

18 ¶ Conferunt † ex priuilegio laici, *vt in c. dilectus, in 3. de præben.
apud Gregor. c. cum inter, de conſuetu. can. Adrianus, in 2. 63. diſtin.
hocque late proſequitur Ioan. de Sel. in tract. de benef. par. 2. quæſt. 23.
in vtramque par.* imo aliquando & mulier, vt comitiſſa Flandriæ,
*vt in ca. dilecto, de teſt.* niſi caput, quod de ea meminit intelligamus,
donationem præbendarum, eſſe præſentationem, vt alibi etiam
donatio pro præſentatione accipitur, *c. fin. de conceſſ. præben.* Re-
fert & Rota, ad abbatiſſas collationes quoque pertinere, *Rota, de-
ciſ. 190. in antiquis.* ſunt & aliæ, quæ priuilegio conferunt, *c. dile-
ctus, de præben. c. is cui, eod. in 6. Zabarella, conſil. 136.* Et interdum
epiſcopatibus Summus pontifex œconomum, & viſitatorem ec-
cleſiis vacantibus cõſtituit, qui præbendas eius & beneficia con-
ferunt, vt in cano. obitum, 61. diſtinct. & ibi glo. penult. & in cano.
non liceat, 12. quæſt. 2. Literis quoque ſummi pontificis aliquan-
do committitur receptio canonici & collatio aliis, quam epiſco-
pis, *vt in cap. 4. de reſcript. in 6. cap. is cui, conceditur, de præ-
bend in 6.*

19 ¶ Rex † Galliæ in certis eccleſiis vacantibus, quæ iuris regaliæ
ſunt, pendente vacatione beneficia vacantia, quæ ad eius eccleſiæ
collationem pertinent, confert, & fructus alibi percipit, *Archid.
in cano. imperium, 10. diſtin. Specul. in tit. ne ſed. vac. vltim. colum. ibi,
item etiam reges, Ruſe. in tract. regalio. in 1. par. præfatio, plura de orig.
reg. Corſe. in tract. de poteſtate regal. quæſt. 51.* donec pontifices pro-
moti, ſacramentum fidelitatis ab illo acceperint. Quod priuilegi-
um agitatum fuit ſub Nicolao 3. ſum. pontif. in curia Roman. *Io-
annes Andreas, in c. 2. poſt Ioan. Monac. ibi. num. 3. de præbend. in 6.*
Et conſeruatum in Gallia, vt conſtat conſtitutione regia Philippi
Pulcri anno 1334. menſis Octobris. Quamobrem in vacatione
harum eccleſiarum regalium, manus ei iniicit, ponitque ſub tute-
la ſua, *vide Boer. deciſ. 22. num. 9.* & œconomum conſtituit, qui
fructus ſede vacante colligat, & recipiat eo modo, quo viuens
præpoſitus faceret. De hoc iure ſic meminit concilium Baſilien-
ſe, *§. item quod dicta, de annat. in pragma. ſanctio.* dum de taxatio-
ne quintæ partis valoris agit beneficiorum, *exceptis beneficiis, quo-
rum ius patronatus, præſentatio, collatio, inſtitutio, vel prouiſio ad
regem iure regaliæ vel alias pertinet.* Et ad hoc ius plura capita pon-
tificum referenda ſunt, *cap. cum inter vos, de conſuetud. c. dilectus, 3.
de præbend. cano. Adrianus, cano. ego Ludouicus, 63. diſtinct.* Habet
& ius hoc rex Angliꝑ in quibuſdam eccleſiis cathedralibus ſui re-
gni, *vt in cap. ex diligenti. de iur. patron.* vt præbendas earum con-
ferat, & alia beneficia ſede vacante, (exceptis † parochialibus ec- 20
cleſiis, quæ non cadunt in regalia:) illo etiam tempore perci-
piat temporalia, & fructus, *glo. antiq. in §. item quod dicta, in ver. re-
galiæ, de anna. in pragm. ſanctio.* & collationes beneficiorum ad eũ
pertineant, quæ in fructu ſunt, *glo. in c. cum olim, de maio. & obed.*
vt & præſentationes, electiones, & ſimilia, *Prob. in tracta. penſio. 4.
28. part. prima.*

¶ Imperator † quoque priuilegium habet, quo ei permitti- 21
tur in qualibet eccleſia Alemaniæ iubere recipi vnum, appellan-
turque collationes illæ hodie, *primariæ preces*, teſte Speculatore,
*tit. de præb. §. reſtat, verſi. item nota. Boer. in deciſ. 32. num. 8.* Et rex A-
puliæ, cui vult, dat beneficia, *glo. in ſumma 17. q. 7.* & Hungariæ
quoque, *Baldus, in l. præſcripta, 2. colum. de prec. imper. offer.* Verum
plus eſt regalia in Gallia, quam priuilegiũ illud Imperatoris, cum
& cuſtodiam & fructus eccleſiarum recipiat ex permiſſione con-
cilii generalis: dummodo de nouo in eccleſiis præter antiquam
conſuetudinem nihil vſurpet, quo caſu vetantur regalia, *c. genera-
li, c. 13. de elect. in 6.* Non enim in omnibus eccleſiis ius regaliorum
regi competit, ſed in aliquibus.

¶ Vrbanus † 2. ſum. pontifex Petro regi Aragoniæ, quod Mau- 22
ros expugnaſſet & depuliſſet, decimas, primitiaſque, & omnia cõ-
ceſſit beneficia iuriſpatronatus omnium eccleſiarum & ciuita-
tum, a quib. fidei hoſtes eiecerat, vt ipſe & ſui ſucceſſores, in per-
petuum quibus vellent conferre poſſent, exceptis epiſcopatibus,
*Franciſ. Tara. li. de regib. Hiſp. in Alphonſo 6.*

¶ Cur † autem potius in aliquibus, quam in omnibus eccleſiis 23
permiſſum ius fuit regaliorum, rationem habere poteſt: vel a fun-
dationis cauſſa, *ca. generali, §. qui vero, de elect. in 6.* in qua qui fun-
dat, vel dotat, poteſt hoc ſibi reſeruare, vt adueniente vacatione
fructus ſuos faciat, *cano. Eleutherius, 18. q. 2. c. præterea, in 2. & c. no-
bis, de iur. patro.* Itaque in eccleſiis, & monaſteriis, quæ fundatio-
nis regię ſunt, legitima hoc pacto erũt regalia. Vel quia feudi regii
ſunt eccleſiæ, & ideo mortuo præpoſito ad regem feudum rediit,
& beneficia quæ ex eo feudo erecta ſunt, *facit can. in ſacris, 16. q. 1.
Felinus, in ca. cum venerabilis, 12. col. de except. Cardinal. conſil. 122.
incip. quidam habens feudum.* Ita fructibus ad regem deuolutis
collatio beneficiorum ad regem pertinet, *c. ex diligenti, de iur. pa-
tro.* Item etiam ratione vſus vel antiquæ conſuetudinis, *d. c. gene-
rali, §. qui vero, de elect. in 6.* cuius initii non exſtat memoria: nam
& illa præſcriptio immemorabilis laicis poteſt concedere eccle-
ſiaſtica alioquin prohibita.

¶ Vt † in decimis patet exemplum, quas poſſidere nequeunt, 24
*c. prohibemus, de decim.* & tamen immemorabili præſcriptione re-
cte habent, *c. cum apoſtolica, de his quæ fiunt a prælat. ſine conſen. cap.*
¶ Poſſet † hic regum adferri auctoritas, & eorum conſecratio, quę 25
participes illos ſacrorum quodammodo facere videtur, *c. 1. de ſacr.
vnct.* Sicut & apud Iudæos regibus circa eccleſiarum miniſtros
conceſſa poteſtas ſede pontificia vacante, aut quando reforma-
bant templorum ædes vel miniſteria, vt annotare licet in Dauide,
1. *Paralip. c. 24.* Salomone, *3. Reg. c. 1.* Iuda Machabæo, *1. Machab.
c. 8. vide c. cleros, circa medium diſt. 21.* Verum hæc non ſufficit au-
ctoritas, alioquin communis eſſet omnibus aliarum gentium re-
gibus, quibus tamen id non conceditur. Et proinde rectius dixe-
rim cum fundatione, feudo, conſuetudine, auctoritate & priuile-
gium concurrere, quod principibus Gallicis Chriſtianis, vtpote
in ſedem & fidem apoſtolicam deuotiſſimis & officioſis, conceſ-
ſum eſt, *can. ego Ludouicus, §. idemque, & can. Adrianus, 63. diſtin.
melius in can. hinc eſt, in verbo ſine regali prouiſione, 16. q. 11. can. in
ſynodo.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

26 *ſynodo ead.q.1.* ¶ Nec†inficias eundũ,Chriſtianis regibus hocius
concedi potuiſſe, ſicuti & ethnicis regibus Romanis conceſſum
interdũ ſacra publica facere, vt exſtincto regio nomine,rex ſacri-
ficulus conſtitutus eſt, cuius ſacerdotium poſtea pontifici ſubie-
ctum erat: ne nouæ libertati, additus nomini honos officeret,
*Pompon.Lætus,de ſacerd.in honorem regis,hunc ſacris præfectum tra-
dit Dion.Halicar.in 6. Regis,* inquit,Dio.Halicar. *lib.2.antiq. Ro-
man. hæc eximia munera fuerunt,primum, vt ſacra curaret, atq; ſa-
crificia,per eumq; gereretur quicquid ad placãdos Deos pertinet. De-
inde,vt morum patriorum & legum haberet cuſtodiam, & iuris, ſiue
naturalis, ſiue quod ſcripta & pacta continet, &c.* Et de Imperatore
Dio Caſſius, *ſemper*, inquit, *Imperator ſummum pontificatum gerit,
& inauguratur omnibus ſacerdotiis, idque fit, vt omnes religiones &
ſacrificia in ſua habeat manu, Dio Caſſius, lib.53.hiſto.* Idipſum a-
pud Ægyptios obtinuiſſe Plato teſtatur, *in lib.ciuili vel de regno,*
& apud alias quaſdam nationes Ariſtoteles, *lib.3.Polit.c.*10. Imo
ſenatus Roman. aliquando in honorem Iulii Cæſaris conſtituit,
vt ſi illi filius naſceretur, is ſummus pontifex eſſet, *Dio Caſſ.li.44.
hiſtor.* Caius Caligula Imper. Germanici & Agrippinæ filius, ma-
trem ſuam Auguſtam & Auguſti ſacerdotem fecit, omneſque
Veſtalium honores tribuit, eoſdem ſororibus quoque ſuis dedit,
*Idem lib.59.*

## De iuribus Regaliorum. Cap. 8.

1 *Regalia durant vſque ad adeptionem poſſeſſionis corporalem.*
2 *Regaliorum ſunt commendæ.*
3 *Regalis collatio publicanda.*
4 *Regaliſta mortuo collitigante ab ordinario prouiſo, in locum liti-
gantis ſubrogatur.*
5 *Regaliſtam ſine aliqua exceptione tenetur capitulum admittere.*
6 *Regaliſtæ collatio non vitiatur omiſſa qualitate eius.*
7 *Regalia beneficia non confert per præuentionem ſummus ponti-
fex.*
8 *Regalia quæ ſint beneficia.*
9 *Regalia eccleſiis remitti poſſunt.*
*Regalia in alios quam reges transferri nequeunt, eod.*
10.11.12.13. *In regalia quæ vacationes incidant.*
14 *Regaliorum iura rex confert etiam infanti.*
15 *Rehabilitatio ad beneficium incompatibile non conceditur in
præiudicium iuris regaliorum.*
16 *Regaliorum controuerſiæ ad curias tantum ſupremas pertinent.*
17 *Rex confert in regaliis præbendas vnitas & ſuppreſſas.*
*Regaliorum priuilegia iudicata, eod.*
18 *Regaliorum iura, in quibus eccleſiis regi non competant.*
19 *Collationis plenum ius in quibuſdam eccleſiis regni.*
20 *Regaliorum ius non habet locum in eccleſiis, quæ curam habent a-
nimarum.*
21 *Regaliorum iure quæ conferantur beneficia a rege.*

1 PORro †priuilegia regia, quæ regalia dicuntur, plura ſunt, quæ
colligit Ruſeus proprio tractatu. Primum, vt ſi ſedes benefi-
cii non ſit repleta tam de iure quam de facto, aperiatur via rega-
liorum iuri, *in conſtitut. reg. Phil. Pulcri, & ita iudicatum refert
Ruſeus, in 1. priuilegio regali,* vnde ſi collatio alicui facta ſit ab ordi-
nario canonice, nec is apprehenderit poſſeſſionem corporaliter,
2 vacat beneficium iure regaliorum. ¶ Aliud, †vt beneficium poſ-
ſeſſum in commendam quocunq; tempore quis obtinuerit ſem-
3 per cadat in regalia, *Ruſeus, in 3 priuil. regal.* ¶ Tertium, † quod ſi
quis habuerit collationem a rege in vim aperturæ, dicunt, rega-
liorum, & illã non publicauerit, ſed ſuppreſſerit, ſecundus impe-
trãs præfertur primo impetranti, potiſſimũ quando eſt in notabi-
li negligentia per lapſum triennii, *Idẽ Ruſ. explicat in 4 priu. rega.*
4 ¶ Quartũ ſi†litigant regaliſta, & ab ordinario prouiſus, qui pẽden-
te lite ceſſerit, vel mortuus fuerit, regaliſta cõſequitur voces, vt di-
cunt: ſedem, iura, & emolumenta beneficii, perinde ac ſi nulla lis
mota fuiſſet: quamuis alius ſuperueniat, noue, qui ius & litem de-
5 functi proſequatur, *idem in 5. priuil.* ¶ Quintum, †capitulum non
poteſt reiicere regaliſtam, quin teneatur eum recipere, etiam ſi
conſtaret ei de iniuſtitia & defectu tituli, *idem in 6. priuil.* ¶ 6. In
6 †impetratione a principe facta beneficii regaliorum, non vitiat
gratiam omiſſa qualitas, quæ expreſſa remorari poſſet principem
7 a collatione, *idem in 7. priuil.* ¶ 7. Quod † ea beneficia Papa iure
præuentionis non confert, ſed ſolus rex, *idem in 9. priuil.* ¶ Octa-
8 uum, †cadunt in regalia non tãtum beneficia vel præbendæ quæ
in erectione eccleſiæ fuerunt fundatæ, ſed ea quæ poſtea inſtituta,
9 *idem in 8. priuil.* ¶ 9. Regalia† poſſunt a rege eccleſiis remitti, *idem
in 11. priuil.* Non tamen in alios, quam reges tranſmitti poſſunt,
quia hoc ius eſt annexum diademati ſeu coronæ, *idem priuil. 16.
vide & priuilegium* 27. ¶ Decimum, † quod rex apertis regaliis nõ 10
ſolum prouidet præbendis & dignitatibus eccleſiæ cathedralis,
per mortem naturalem vel renuntiationem; ſed etiam ſi quis ir-
regularitatem contraxerit immiſcendo ſe ſæuis & enormibus, vel
habitu mutato miles ſecularis factus fuerit, vel homicidium fe-
cerit, aut periurium incurrerit, ſtatim, non exſpectata ſententia
priuationis, *Ruſeus priuilegio 12. explicat.* ¶ 11. Vt† ſi epiſcopus 11
vel archiepiſcopus promoueatur ad cardinalatum ſtatim in rega-
lia cadat ſedes, *Ruſeus explicat priuilegio, 13. & 14.* ¶ 12. Vacante
† eccleſia iure regaliorum, ſi is qui beneficium habet ad eius col- 12
lationem pertinens, fuerit excommunicatus a pro pontifice ſeu
officiali pro debito ciuili, & denuntiatus talis fuerit publice, po-
teſt rex iure hoc conferre illud, *idem priuil.* 20. ¶ 13. Per† accẽ- 13
ptationem ſecundæ præbendæ vacat primum collatum iure re-
galiorum, & ad regem reuertitur, *idem priuil.* 21. ¶ 14. Beneficia
quæ vacarunt ante aperturam regaliorum, ſi regaliorum quoq;
tempore vacent, iure regaliorum conferri poſſunt, *idem priuil.22.*
¶ 15. Beneficium vacans vel de iure vel de facto, non obſtante
quod poſſeſſor poſſederit per triennium vel 20. annos pacifice,
conferri a rege poteſt pendente iure regaliorum, *idem priuil. 23.*
¶ 16. Quod† & ſi *14.* annis natis tantum præbendæ metropolit. ec- 14
cleſiarum conferantur, tamen iure regaliorum vacante eccleſia, a
rege ſeptenni poſſunt conferri, *idem priuil. 24.* ¶ 17. Dum † ius 15
regaliorum regi aduenit & beneficiũ per incompatibilitatem va-
cet, non poteſt Roma. pontifex per diſpenſationem ſuam, reha-
bilitare perſonam in præiudicium regaliorum, *idem priui.25.* ¶ 18.
Cognitio † & determinatio collationum beneficiorum in rega- 16
liis vacaturorum ad curias ſupremas ſolas, ſiue de poſſeſſorio, ſiue
de petitorio agatur, pertinet, *Ruſeus in 26. priuil.* ¶ 19. Hoc† iure 17
competente, poteſt rex conferre præbendas vnitas & ſuppreſſas,
*idem priuil.*28. ¶ 20. Regaliſta non tenetur in impetratione men-
tionem facere de beneficiis alias iure regaliæ obtentis, *idem pri-
uil. 29.* ¶ 21. Rex aduenientibus regaliis facit fructus ſuos penden-
tes, ſiue vina, ſiue grana ſint, aut reditus annui quocunque nomi-
ne cenſeantur: & eſt in electione regis, ſequi locationem a præ-
mortuo epiſcopo factam, & ſtare colonis, & percipere fructus,
vel ab ea abire. Sicut eſt receptum in domino feudi reſpectu vaſal-
li ſui, deficiente homine ſeu vaſallo, *idem priuil. 30.* ¶ 22. Conſti-
tutiones apoſtolicæ, vel ſtatuta & cõſuetudines eccleſiarum non
impediunt aut vinciunt regem, quin poſſit vti & frui pro volun-
tate iure ſuo regaliorum, *idem priuil. 31.* ¶ 23. Si reſignatio facta
fuit in fauorem certæ perſonæ & non alias, apertis regaliis poteſt
rex conferre alteri, quam illi, in cuius fauorem eiuratio facta eſt,
& tenet collatio regis, *idem priuil. 32.* ¶ 24. Collatio regis poteſt
fieri ſub conditione, ſi noſtris temporibus vacauerit beneficium,
quando ignoratur quo tempore vacatio occurrit: licet ex diſpoſi-
tione iuris communis, actus legitimi ſimiles non recipiant diem
vel conditionem, *idem priuil. 33.* ¶ 25. In tranſlatione epiſcopo-
rum vel archiepiſcoporum, non cenſentur aperta regalia, niſi a
die præſtiti conſenſus illius, qui vult transferri, & poſtquam ab-
ſolutus fuerit a priori vinculo epiſcopatus, *Ruſ. priuil. 34. In tranſ-
latione & locum habere priuil. 41. docetur.* ¶ 26. Per feloniam per e-
piſcopum, aut archiepiſcopum commiſſam, & per manifeſtam
rebellionem in principem, non dicitur ſedes vacare iure regalio-
rum, vt rex poſſit interim iure regaliorum beneficia vacãtia con-
ferre, *Ruſ. priuil. 35.* ¶ 27. Regalia ſemel aperta, ſemper durant,
neque obitu regis ſuperueniente exſpirant, donec prelatus iura-
mentum fidelitatis actu ipſo preſtiterit, *Ruſ priuil. 36.* & perſona-
liter, non per procuratorem, *Ruſ. priuil. 43.* ¶ 28. Rex recipit iura-
mentum fidelitatis per ſuos legatos in curia Romana exſiſtẽtes, a
prelatis in ea curia prouiſis, *idem priuil. 37.* Nec tamen ſi dilatio-
nem concedat prelato ad præſtandum ſacramentum, ideo impe-
ditur regaliorum ius ante præſtationem in conferendis, *Ruſ. pri-
uil. 38.* ¶ 29. Ad eum modum hoc iure confert rex beneficia va-
cantia in regaliis ſede vacante, quo confert epiſcopus viuens, ex-
ceptis eccleſiis parochialibus, *idem priuil. 39.* niſi illæ eſſent an-
nexæ prebendis, quas confert, *idem priuil. 46.* ¶ 30. Non poteſt
impetrari beneficium in regaliis, niſi a 30. annis, *idem priuil. 42.*
¶ 31. Aperto iure regaliorum, beneficium eius collationis non
poteſt per reſignationem cauſſa permutationis conferri a ſum-
mo pontifice, ſed vacat in regaliis: niſi reſignatio ea fiat coram
rege, aliter ſemper vacabit, donec rex prouiderit, *idem priuil. 44.*
¶ 32. In regaliis ſi rex conferat vna die beneficium vacans iure hoc,

nec expediatur prouiſio ſub ſigillo regio, & ſequenti die idem beneficium conferat alteri cum ſubſcriptione & ſigillo literis appenſo, potior nihilominus prior, *idem priuil. 45.* Sic & prior, & ſi vna die facta duobus ſit collatio, præfertur, *Ruſeus priuil. 46.* ¶ 33. Rex ſi nominauerit ex priuilegio apoſtolicæ ſedis in certis eccleſiis metropolitanis & cathedralibus, ſi poſtea aperiantur regalia, poteſt omiſſo eo, quem collatori nominauit, iure proprio conferre iure regaliorum, non obſtante inſinuatione & nominatione prius debite factis, *idem priuileg. 47.* ¶ 34. Indultum apoſtolicum de non cōſecrandis epiſcopis infra tempus iuris non facit, quominus vacet beneficium iure regaliorum, ſi alias eo non exſiſtente indulto, vacaret, *idem priuileg. 48.* ¶ 35. Rex iure regaliorum conferendo præbendam, vel alia beneficia ſimplicia, tenetur ſequi naturam & qualitatem beneficii actu fundationi appoſitam, *idem priuil. 49.* ¶ 36. Licet in regia prouiſione regalitæ nulla reperiatur, de defectu naturalium, quem patitur impetrans, mentio facta, ſi prius per Romanum pontificem ſuper prędicto defectu natalium ad obtinenda quæcunque beneficia ſimplicia fuerit diſpenſatus, nihilominus valida eſt prouiſio, *idem in 50. priuileg.* ¶ 37. Capellanias & alia ſimplicia beneficia in hoſpitalibus exſiſtentia, rex iure regaliæ confert, *idem priuil. 51.* ¶ 38. Beneficia pertinentia ad decanum, & capitulum, & archidiaconum coniunctim ſeu diuiſim, non conferuntur a rege iure regaliorum, ſed tantum illa ſede vacante, quæ ad epiſcopum pertinent, *idem priuil. 52.* ¶ 39. Apertis regaliis rex penſionem ſuper fructibus dignitatis, etiam quando ad ſucceſſores epiſcopatus vel dignitatis extenditur, ſoluere non tenetur, *idem priuil. 53.* ¶ 40. Vacātibus regaliis œconomi, receptores, & alii officiarii ſeu procuratores illis commiſſi, non poſſunt animalia in caulibus ſeu grangiis locorum epiſcopatus extrahere, vel de illis diſponere: quia talia animalia ſunt conſcripto loco data, ſicut oues, boues, & iumenta cum pullis, & reſeruantur futuro ſucceſſori, quod ſine illis deterior eſſet fundi commoditas vel domus, *idem priuil. 54.* ¶ 41. Cuſtodes, ſeu exactores regaliorum non poſſunt vacante ſede decimas auctoritate regis accipere, ſed tenentur eas futuro ſucceſſori conſeruare, *idem priuil. 55.* ¶ 42 Curatores regaliorum conſtituti ſede vacante, durantibus regaliis non poſſunt incidere arbores cæduas, nec piſcari in viuariis ichthyotrophiis prælaturæ ante tempus debitum, neque alia agere, per quæ deterior fieri poſſet reditus annuus prælaturæ, *idem priuileg. 56. ex conſt. Phili. Pul. du droict de regale.* ¶ 43. Durantibus regaliis rex non tenetur ad onera vel ſeruitia, ad quæ epiſcopus in vita tenebatur, *Ruſeus priuil. 57.* ¶ 44. Ex conſtitutione Philippina, vt poſtquam epiſcopus ſacramentum fidelitatis præſtiterit regi, requiratur, quod actualis & realis traditio fiat rerum temporalium epiſcopo per officiales regios, quibus ipſa temporalia epiſcopatus gubernanda fuerunt commiſſa: nec ſufficit quod tollatur, ſeu vt dicunt leuetur manus regia per gentes computorum, id eſt, per præfectos ei curiæ: id enim ita exigitur, vt prælatus poſſit conferre præbendas & dignitates ſuæ eccleſiæ, & vti temporalibus ſui epiſcopatus, *idem priuil. 58.* ¶ 45. Rex non tenetur electum confirmatum in epiſcopum, ſi non ſit conſecratus, ad iuramentum fidelitatis admittere: nec regalia ceſſant per ſolam confirmationem. Quia adhuc eccleſia dicitur vacare, ſed claudentur, id eſt, exſpirabunt & ceſſabunt regalia, ſecuto iuramento, *idem priuil. 59.* Et hæc priuilegia per concluſiones ſatis abunde explicauit Ruſeus in ſuo tract. regaliorum: vt ſatis mihi factum putauerim & lectoribus, ſumma capita indicis loco hic per epitomen transferre, ne aliena mihi
18 plagiarius vſurpem. ¶ Plura † & videre poteris apud Ægidium Magiſtrum, in deciſionibus & tractatu regaliorum. Qui ex regiſtro cameræ rationum ſeu computorum notat, *cap. 4.* ius hoc regaliorum non competere regi in omnibus epiſcopatibus ſui regni: ſed tantum in prouincia Senonenſi, & eius ſuffraganeis, excepta diœceſi Antiſiodorenſi, in qua decani & capitulum dicuntur feciſſe permutationem cum rege. Item docet ius hoc ei eſſe in tota prouincia Remenſi, excepta diœceſi Cameracenſi: in tota prouincia Bituricenſi: exceptis, Lemouicenſi, Cathurcenſi, Ruthenenſi, Albienſi, Mimatenſi: & in tota prouincia Turonenſi, excepta Maclonienſi, Trecorenſi, &c. In prouincia Burdegalenſi ſolum: & in tota Normania. At in tota prouincia Occitanenſi, & Arelatenſi, & conſequenter in tota lingua Occitana, nihil habere iuris regaliorum.

19 ¶ Aliud † ius regaliæ inuenitur, in eccleſiis, quæ ad plenam & liberam collationem regis pertinent, in quibus nec ſummus pontifex, nec alius quiſpiam ius aliquod habet, præter ſolum regem, qui ſolus ordinarius collator eſt, quale ius illi eſt in præbendis ſeu canoniis ſanctarum capellarum Lutetiæ, Biturigum, Saltus Vincenarum, & in eccleſiis collegiatis de Clery, Sancti Quintini, Virginis Mariæ Montisbriſoni, & ſimilibus, *meminit Papus lib. 3. Rapſ. areſto. areſt. 2. tit. 2.*

¶ Singulari † notatione tamen dignum eſt, ius regaliorum, 20
quod ad collationem beneficiorum pertinet, non habere locum in beneficiis, quæ curam animorum habent. Sic enim ordinatio regia ſcripta eſt, in camera, *iſtam ordinatio. tranſcripſit in ſuis deciſio. Ægid. Magiſt. tract. regal. cap. 3. & explicat. c. 4. differentiam. Citat & Probum, & Ruſeum eiuſd. ſent.* computorum: *Dum epiſcopus alicuius epiſcopatus, vbi dominus rex habet regaliam, ab humanis decedit, immediate per obitum ſeu mortem ipſius eſt regalia in dicto epiſcopatu aperta, & ſuccedit rex loco boni & legitimi adminiſtratoris in omni temporalitate dicti epiſcopatus, confertq; beneficia non curata, & hoc durante tempore ipſius regaliæ, &c.*

¶ Confert † itaque ſolum beneficia ſimplicia quales canoniæ, 21
præbendæ, capellaniæ, & ſimilia. Curata autem ſede vacante iure communi conferentur, ſi communis collatio cum capitulo, ab illo capitulo: ſi ſolius epiſcopi, vel reſeruantur, vel a ſummo pontifice conferuntur, *c. vnic. per tot. ne ſede vacan. in 6.* Cur autē non poſſit curata conferre rex beneficia, vt ſimplicia, diuerſitatis rationem adfert Ægidius Magiſter: quod is cui conceditur cura, debet habere inſtitutionem auctoriſabilem ab epiſcopo, quod pertinet ad curam populi, & ſacramentorum adminiſtrationem, *Panorm. in c. auctoritas, circa medium, de inſtitutio. per c. vnic. in 6. ne ſed. vaca. Ioan. And. in c. de monacho, de præb.* Quare non poteſt a rege prouideri in ea cura, quia non poteſt ea auctoritas conuenire alii, quam epiſcopo.

## De Iure deuoluto. Cap. 9.

1 *Collatio beneficiorum tribus modis ordinariis impeditur.*
2 *Deuolutio quid.*
3 *Deuolutio iuris ab eo, qui habet in alium, fit per donationem hereditatis viuentis, non obtemperando voluntati defuncti, non vindicando mortem defuncti, non petendo hereditatem ſuo tempore, &c.*
4 *Deuolutio poteſtatis conferendi vel eligendi duplici cauſſa fit.*
5 *Deuolutio fit ad proximum ſuperiorem electione facta indigni.*
6 *Eligens indignum priuatur iure eligendi pro ea vice quare.*
7 *Deuolutio in cauſſa graduatorum.*
8 *Deuolutionis iure impetrato ob incapacitatem prouiſio odioſa.*
*Impetrans per incapacitatem alterius non adipiſcitur de facto poſſeſſionem, eod.*
9 *Deuolutio ob negligentiam conferendi.*
*Lateranenſes ſynodi 7. & vnde ita dicta, eod.*
10 *Lateranum palatium Romæ.*
11 *Lateranenſes 7. ſynodi quo tempore habita.*
*Nicolai 2. ſum. pontif. tempus eod.*
*Berengarii error quando damnatus, eod.*
*Concubinæ ademtæ ſacerdotibus, eod.*
12 *Succeſſio in prædiis ſacerdotalibus ſublata.*
13 *Turcis arma ſubminiſtrare prohibitum.*
*Beneficiorum pluralitas prohibita, & promiſſio antequam vacent, eod.*
*Epulæ lautiores epiſcopis prohibitæ, eod.*
*Venationes prælatis prohibitæ, eod.*
14 *Deuolutio ob negligentiam conferendi, vel ob electum indignum ſtatuta in 4. Synodo Lateranenſi.*
15 *Paganorum officia interdicta.*
16 *Germanorum vnitas conſilio procurata.*
17 *Concordata quando peracta.*
18 *Beneficia intra ſex menſes ſaltem conferenda, aliter deuoluuntur collationes ad ſuperiorem, & 23.*
19 *Optio beneficii intra 20. dies fieri debet, aliter exſpirat.*
20 *Patronus laicus intra 4. menſes, eccleſiaſticus intra ſex debet præſentare, aliter deuoluitur ius.*
21 *Mandatarius ad beneficia acceptare debet beneficium vacans intra decem dies.*
22 *Electio epiſcop. & archiepiſcop. & aliorum maiorum prælato[rum], fieri debet intra tres menſes: alioquin ius deuoluitur.*
23 *Beneficium conferens iure deuoluto, antequam deuolutio, nihil agit: ideo & poſt deuolutionem iterum conferre poteſt.*

*Bene-*

*Beneficium ſum.pont.confert, quod deuoluto iure conferri poteſt, per concurſum, eod.*
24 *Deuoluta per negligentiam ordinariorum collatio ad ſum. pontif. redit ad ordinarium poſt menſem.*
25 *Nominatio regis ad prælaturas fieri debet intra ſex menſes.*
26 *Deuolutionum ex negligentia ratio.*
27 *Negligentia pœnam habet.*
28 *Conferendi poteſtas cur tantum habeat ſemeſtre tempus.*
29 *Sex menſes quibus peragendis negotiis conſtituti.*
30 *Sex menſes conferendorum beneficiorum a quo tempore incipiãt. & 31. 32. 33. & 34.*
31 *Ignorantia quæ excuſat a mora, & culpa.*
*Ignorantia craſſa & ſupina quæ. eod.*
32 *Nominandi facultas regi Gallorum a quo tempore currat.*
33 *Menſis conferendi in curia Romana a quo tempore currat.*
34 *Voluntas & poteſtas perficiunt actus ſimul.*
35 *Suſpenſio epiſcopi non deuoluit eius iuriſdictionem ad ſuperiorem.*
36 *Impedimentum quod excuſat a præſcriptione lapſus temporis ſemeſtris collationis.*
37 *Impedimentum legitimum quando excuſat a lapſu temporis.*
38 *Deuolutio ad quem fiat, & 40.*
39 *Patriarchæ Lugdunenſis priuilegium in deuolutione, & 40.*
41 *Deuolutio electionis epiſcopi ad quem fiat.*
42 *Deuolutio a vicario epiſcopi ad quem fiat.*
43 *Deuolutio ab exemtis epiſcopis ad quem fiat.*
44 *Capitulum ſede vacante iure deuoluto confert.*
45 *Inſtituendi præſentatos digniores nullũ definitum tẽpus epiſcopo.*
46 *Patronatui quando, & quomodo ſummus pontifex derogat.*

1 TRia † ordinariorum collationem beneficiorum impediunt
præcipue, deuolutio, reſeruatio, mandatum, *vt in c. 4. de re-
ſcript. in 6. ca. is cui conceditur, cap. 19. de præbend. in 6.* ¶ Deuo-
2 lutio † eccleſiaſtica, eſt translatio poteſtatis, quæ datur in be-
neficia ab aliquo, in alteram perſonam ex facto vel negligen-
tia, poteſtatem habentis. Non omnis poteſtatis translatio, de-
uolutio eſt, contra tamen deuolutio tranſlatio eſt, ſiue in rebus
3 ſecularibus, ſiue eccleſiaſticis conſideretur. ¶ Exempla † bre-
uiter promam ex profanis negotiis. Primum, in petenda & con-
ſequenda hereditate: ſi quis enim viui ignorantis hereditatem,
vel cognati alicuius partem donauerit bonorum, non poteſt vti
iure ſucceſſionis, *Mart. Iuriſconſ. in l. aufertur, 2. de iis quib. vt in-
dig. lib. 34. P. tit. 9. l. quidam, §. fi. & l. ſeq. de dona. in P.* ſed ad alium
deuoluitur. Item ſi quis falſum accuſet teſtamentum, nec obti-
nuerit, priuatur poteſtate petendi in eo teſtamento ſibi relictum,
*Paul. l. poſt legatum, de iis quib. vt indig. in P. l. alia C. eod. l. Papinia-
nus, §. meminiſſe, de inoff. teſtam. in P.* Eo modo ſi heres monitus
ſoluere legata relicta in teſtamento, contemſerit, anno elapſo ſuc-
ceſſionis petendæ ius deuoluitur ad ſubſtitutos, & alias ſuo ordi-
ne perſonas, *authen. hoc amplius, C. de fideicom. §. ſi quis autem non
implens, de hered. & Falc. collat. 1.* Ob negligentiam quoque, ſi quis
neglexerit vindicare mortem defuncti, cum poſſet & teneretur,
nec præuentus ab alio eſt, amittit ius ſuccedendi, *l. 1. 2. 9. C. de iis
quib. vt indig.* Aliud exemplum in bonorum poſſeſſione peten-
da, cuius ratione gradibus præſtituta ſunt ſingulis certa tempo-
ra, quæ ſi elabantur, deuoluunt ius petitionis ad alios, *tota l. 1. de
ſucceſſor. edicto. lib. 38. P. tit. 10.* Ius petendi tutores filiis quoque a
matre, in proximos ob negligentiam deuoluitur, *l. 2. §. ſi mater, ad
Senatuſconſ. Tertul. in P.* Proinde vt alienæ a beneficiis deuolutio-
nes excludantur, reliqua verba finitioni deuolutionis rei benefi-
ciaria adiecta ſunt: quæ euoluunt ſubſtantiam deuolutionis, quæ
4 fit in cauſſa beneficiali. ¶ Et † in primis nos admonent deuolu-
tionem fieri in alium duplici de cauſſa, vel quia is qui priuatur iu-
re collationis, vel alia poteſtate, puta electione, indignum dedit,
*c. cum in cunctis, c. 7. §. fin. de elect. apud Gregor.* vel quod intra tem-
pora præſcripta ſuo munere functus non eſt, *c. ne pro defectu, c. 41.
eod.* Qui abutitur ſibi conceſſa poteſtate, dignus eſt qui eam a-
mittat, *l. Iudæos, de Iudæis C. l. qui ſine, de negot. geſt. P. ca. vbi 74.
diſtin. cum ſimil.*
5 ¶ Si † igitur quis ſcienter indignum ad beneficia elegerit, po-
teſtatem amittet pro ea vice eligendi alium, ex decreto concilii
Lateranenſis, *c. cum Vintonienſis, c. 25. & c. per inquiſitionem, c. 26.
de elect. d. c. ne pro defectu*, deuoluiturque poteſtas ad eum qui
proxime præeſſe dignoſcitur, *d. c. ne pro defectu, idem in §. ſi quis ve-
ro, de collat. in concord.* ex concilio generali, etiam ſi de epiſcopati-
bus ageretur, emendato iure, quo electione facta ſcienter indigni
prælati, ius electionis non deuoluebatur ad proximum ſuperio-
rem, ſed ad ſummum pontificem ſolum, *ca. dilectus, de conceſſ. præ-
ben.* ¶ Porro † non redit ius ad delinquentem ea vice, vt in eo, in 6
quo deliquit, puniatur, *argum. l. ſi fugitiui, 3. de ſer. fugiti. lib. 6. C.
tit. 1.* Et quia qui ſemel elegit, iam functus eſt officio ſuo, nec re-
tractare ſuum factum poteſt: ſicuti in eo, qui ſententiam ſemel di-
xit, receptum eſt, *l. iudex poſteaquam, & l. Paulus, de iudic. in P. l. 1.
C. de ſenten. ex peri. recit.* Cuius notio per appellationem ad pro-
ximum ſuperiorem deuoluitur, *c. bonæ memoriæ, in 1. & 2. & c.
cum Vintonienſis, c. ne pro defectu. §. 1. & ca. quia propter, de electi. ex-
preſſe in c. ſi compromiſſarius, de elect. in 6.*
¶ Statutum † & in concordatis Gallicis, *§. ſi quis vero cuiuſcun-* 7
*que, de collatio. in concord.* ſi epiſcopus, vel alius conferendi habens
poteſtatem, beneficia graduatis & nominatis decreta, aliter qua-
lificatis quam ſtatuitur, conferat, nullam eſſe collationem, & per
refutum eiuſdem, graduatum & qualificatum poſſe recurrere ad
proximum ſuperiorem: & ab eo rurſum pari modo committen-
te, ad alium ſuperiorem, ad quos deuolutum eſt ius cum iiſdem
qualitatibus, quibus conueniebat, conferri ab ordinario benefi-
cium. ¶ Notabis † hanc impetrationem iure deuoluto, ex eo ca- 8
pite, quod incapaci ſit beneficii facta collatio, eſſe aliquomodo o-
dioſam, vtpote de beneficio viuentis, *ca. 1. & 2. de conceſſ. præb.*
Quamobrem placuit ſtatui regia huius regni conſtitutione, *in
conſtitut. Henric. 2. touchant les impetrations des benefices eccleſiaſti-
ques pub. an. 1550. 24. Iulii, art. 15.* ne impetrans hoc iure deuoluto
per incapacitatem ingrediatur facto poſſeſſionem beneficii ade-
pti, alioquin priuetur iure, ſi quod habet: neque adiudicari ſe-
queſtrum ratione illius deuoluti. Nam altero de facto poſſiden-
te cum titulo, pro eo præſumitur, etſi male poſſideat, *l. fin. C. de rei
vind.* Et eſſet quædam ſpecies ſpoliationis & intruſionis, eum ab
ea poſſeſſione deiicere, prætextu tituli adepti; quod iura non ſi-
nunt, *c. cum noſtris, & c. literas, de conceſſ. præben. c. eum qui, de præb.
in 6. l. exſtat, quod met. cauſ. P. l. creditores, ad l. Iul. de vi priuat.*
¶ Porro † ex negligentia fit deuolutio auctoritate concilii La- 9
teranenſis, vel alia iuris auctoritate, quæ vt liquido conſtent, an-
notandum eſt, inueniri ſeptem ſynodos, dictas Lateranenſes a lo-
co vbi coactæ fuerunt. ¶ Nam † Romæ in Cælio monte erat an- 10
tiquitus palatium, ſeu ædes eximię familiæ nobiliſſimę Laterano-
rum, de quibus & Iuuenalis meminit, *Satyr. 10.*

*Clauſit, & egregias Lateranorum obſidet ædes*
*Tota cohors.*

Siquidem Iulius Lateranus vir quoque egregius, conſul deſigna-
tus, iuſſu Neronis interfectus eſt, *Iul. Capit. in Aurel.* Vbi ædes il-
læ erant, poſtea D. Ioannis baſilica ædificata eſt, dicta etiam an-
tea Baſilica Conſtantini, quod fuerit a Conſtantino magno do-
nata Silueſtro ſum. pontif. auctore Blondo, *lib. inſtant. Ital.* ¶ Eo
† loci ſynodi ſeptem coactæ ſunt: prima ſub Nicolao 2. Sabau- 11
do ſum. pontif. in quo damnatus error Berengarii, & pſeudopon-
tifex, præſcriptaque eligendi ſummum pontif. forma per ſolos
cardinales, *can. in nomine Domini, 23. diſtin. Platina, in Nicolao.*
Hic fuit pont. max. anno domini 1057. Secunda ſub Calixto 2.
Burgundo, coactis 900. patribus, in qua contra Turcam conſti-
tutum, & decreta contra Imperatores Germanorum a prioribus
pontificibus ſtabilita, & ademtæ concubinæ ſacerdotibus & cle-
ricis, vt ſcribit Albertus Krantzius, *lib. 3. c. 40.* ¶ Tertia † ſynodus 12
Laterani habita ſub Innocentio 2. circiter annum domini 1135.
coactis mille patribus, in qua potiſſimum decretum, ne quis in
prædiis ſacerdotalibus ſibi ſucceſſorem conſtituere poſſet, teſte
Othone præſule Frigingenſe, *lib. 7. cap. 23.* ¶ Quarta † ſub Ale- 13
xandro 3. ſummo pontifice, patria Senenſi, circiter annum do-
mini 1170. In qua ne quis Turcis arma ſubminiſtraret etiam cau-
tum, prohibita ſacerdotiorum pluralitas, *c. 3. de cleric. non reſid.* eo-
rundemque ante vacationem promiſſio, *c. 2. & 3. & c. ex tenore, de
conceſſ. præb.* Prælatis prohibitæ epulæ lautiores, venationes, &
huiuſmodi plura, *ca. cum apoſtolus, de cenſib.* ¶ Inſuper † vt per ne- 14
gligentiam collatorum deuolueretur ius conferendi, vel ab epi-
ſcopo ad capitulum, vel a capitulo in epiſcopum, vel ad ſuperio-
rem proximum archiepiſcopum, *c. quia diuerſitatem, & c. 2. de
conceſſ. præben. cum ſimilib.* &c. vt latius poſtea dicemus Deo fa-
uente, idemque ſeruaretur, ſi indignum elegiſſent, *c. cum Vinto-
nienſis, & c. per inquiſitionem, de elect. apud Gregor.* ¶ Quinta † fuit 15
maxima ſynodus ſub Innocentio 3. coactis in concilium 7. archi-
epiſcopis, & 1300. aliis prælatis, circa annum domini 1210. teſte
Paulo Æmilio, *lib. 6.* In qua plura decreta tunc in Iudæos & Tur-
cas, paganorum officia interdicta, *c. Iudæi, c. ita quorundam, c. ad
liberandam terrã ſanctam, c. ex ſpeciali, de Iudæis.* Iuſſum Metropoli-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tanis ad mores corrigendos ſingulis annis concilia prouincialia
cogerent:& epiſcopis,vt ſynodos per ſuas prouincias celebrarent,
c.ſicut olim a ſanctis patribus,de accuſ. Et quædam ſtatuta circa pręſentationes
patronorum, c. in Lateranenſi, de præb. c. cum & plan-
16 tare,de priuil. aliaque de aliis capitulis plura. ¶ Sexta † Lateranen-
ſis ſynodus ſub Eugenio 4. Veneto peracta anno domini 1446. te-
ſte Platina, qua proſpectum, vt Germani qui nec Romano, nec
Allobrogi principi adherebant, reducerentur ad vnitatem. ¶ Se-
17 ptima † habita in Laterano ſub Iulio 2. cōtra Turcas, quam tranſ-
tulerunt concludendam Piſis cardinales, vt ſcribit Paulus Iouius.
Dehinc infecta re, tractatuq; habito ſuper derogatione pragma-
ticæ ſanctionis in aliquibus, tempore Leonis decimi eius ſucceſ-
ſoris, & Franciſci primi regis eius nominis Gallorum, concluſum
fuit Lateranenſe cōcilium, & conuentiones ſeu concordata poſt-
ea ibi publicata & approbata, ſcribitur in procem. concordatorum,
18 & in epiſtola Leonis 10. & tit. de approbat. concord. ¶ Ergo † hac di-
ſtinctione conciliorum obſeruata, dico in concilio Lateranenſi
quarta ſtatutum fuiſſe, ne diu præbendæ eccleſiaſticæ ſeu quæli-
bet alia officia in aliqua eccleſia vacent, & vt infra ſex menſes per-
ſonis quæ digne adminiſtrare valeant, conferantur, c. 2. de conceſſ.
præbend. Verumtamen hoc concilium non derogat breuioribus
temporibus, in beneficiis adipiſcendis ſpeciali iure præſtitutis,
19 quæ in ſuo remanent ſtatu. ¶ Siquidem † ſi de beneficio agatur,
quod per optionem alicui conceditur, is, cui optandi ius compe-
20 tit intra 20. dies optare debet, c. fin. de conſuet. in 6. ¶ In † præſen-
tatione facienda vacantium, laicus intra quatuor menſes, cleri-
cus intra ſex debet præſentare, alias deuoluitur ius, c. vni. de iure
21 patr. in 6. ¶ Mandatarius, † cui motu proprio mandatum ad be-
neficium dedit ſummus pontifex, intra decem dies poſt præſen-
tationem mandati factam ei cui dirigitur, a die vacantis beneficii
& ſcientiæ, debet acceptare quod vacauerit: aliter poſtea liber or-
dinarius in collatione eſt iure pontificio, c. ſi pluribus, de præben. in
6. In regno tamen hoc Galliarum mandatarius non poteſt requi-
rere, vel interpellare collatorem ordinarium, niſi elapſo menſe a
die præſentationis mandati, titu. de for. mand. in concordat. ¶ Ma-
22 iores † quoque dignitates, vt epiſcopales, archiepiſcopales, ab-
batiæ, & ſimiles, intra tres menſes paſtorem habere debent: alio-
quin ab iis qui ius eligendi habent ad proximiorem poteſtatem
facultas deuoluitur, c. ne pro defectu, c. poſtquam, 50. diſtin. c. quam,
& ibi interpret. de electio. in 6. Aliæ vero dignitates inferiores, reli-
quaque beneficia, ex concilio Lateranenſi debent conferri intra
ſex menſes, ſiue per electionem, c. cum noſtris, c. dilectus, c. poſtula-
ſtis, de conceſſ. præbend. ſiue per collationem, c. 2. eod. tam a primo
collatore, quam ab alio in quem fit deuolutio, c. ſi. de ſupplen. ne-
gli. prælato. Incipit enim elapſo termino eius a quo deuoluitur, nō
ante, dare ius ei, ad quem fit deuolutio, quique tot habet menſes,
eademq; iura, ac prior in beneficio vacanti.

23 ¶ Neque † ante tempus deuolutionis, facta collatio ab eo, ad
quem deuoluitur, valet: niſi & alia poſtea fiat. Et ita iudicatum,
etſi quidam pugnent, vide Pap. lib. 3. areſto. titu. 7. areſt. 2. qui ita
iudicarunt, & Doctor. in c. 2. de præbend. in 6. Felinus & alii in ca.
cum ex officii, de præſcript. Boerius, deciſ. 70 Rebuff. in tractatu no-
minatio. quæſtio. 7. nume. 12. late d' Ayma. in procemio concord fol. 75.
colum. 2. & ſequent. Neque mutantur qualitates primæ beneficii
& perſonarum, quibus debeatur, per deuolutum. clemen. vni. de
ſupplen. neglig. prælator. §. ſi quis vero, de collatio. in concord vide Re-
buff. in tracta. de denominati. quæſt 8. num. 11. Vt etiam Papa ſemper
cum ordinario, qui, vel ſine negligentia, vel iure deuoluto con-
ferre poteſt, poſſit per concurſum conferre, & iure pręuentionis,
cap. quia diuerſitatem, & ibi Panormit. nota. 5. de conceſſ. præbend. vi-
de Rebuffum, in praxi beneſic. titu. de deuolutio. num. 46. 47 48. 49.
24 ¶ Ceterum † ſi iure deuoluto gradatim peruenerit collationis po-
teſtas ad ſummum pontificem, impeditur poteſtas ordinariorum
tantum per vnum menſem, ex concilio generali: quo elapſo, rur-
ſum ad ordinarios primos redit poteſtas, c. 3. de præbend. in 6. Sunt
tamen quidam qui rati ſunt, illud verum eſſe tantum in beneficiis
vacantibus in curia Romana, aliter quam iure deuoluto, vt ait
Rebuffus, in §. 1. de regia. ad præla. nomina. in verb. intra ſex menſes,
& in praxi, in tit. deuolutio. num. 5. Neque ſummo pontifici dari
poſſe tempus ad ſupplendam eius negligentiam, quia non habeat
ſuperiorem, cap. aliorum, 9. quæſt. 3. nec inferior corrigit ſuperio-
25 rem, cap. cum inferior, de maior. & obed. ¶ Sed † addamus hodie
ex conuentionibus Gallicis & ſummi pontificis, dari ſex menſes
regi ad nominationem faciendam ſummo pontifici inſtituendo-
rum in prælaturis, a die vacationis computandos: & ſi nomina-
tus primum intra ſex menſes inuentus non fuerit a ſummo ponti-
fice idoneus, conceduntur alii tres menſes ad alium nominan-
dum idoneum, quibus elapſis temporibus, ius plenum cōferen-
di ſine nominatione regia, ad ſumum pontificem pertinet, §. 1.
de regia ad prælatu. nominat. in concord. ¶ Ratio † deuolutionis 26
pro diuerſitate iuris deuoluti diuerſa erit, quare & diuerſum nec
idem in omnibus tempus. Ad deuolutionem tamen, quæ fit ex
negligentia poteſtatem habentium, referri poteſt ea quæ eſt prę-
ſcriptionum, ad euitandam ſegnitiem dominorum, eamque ca-
ſtigandam inductam eſſe, c. vigilanti, de præſcriptio. cap. quia di-
uerſitatem, de conceſſ. præbend. cap. fina. de ſupplend. negligen. prælator.
can. placuit, §. poteſt, 16. quæſt. 1. Neve iura eccleſiarum ſub incerto
ſint. l. 1. de vſucap. Nec enim licuit inter ethnicos impune vine-
am ſuam incultam habere, vt Romani eum, qui indiligenter fun-
dum ſuum araſſet, vel vineam pro derelicto habuiſſet, nota infa-
miæ afficiebant, teſte Gellio, lib. 4. cap. 13. Vinea autem Domini
Dei Sabaoth eccleſia eſt, Eſaiæ 3. 5 Hieremiæ, 2. 12. Michæ, 1. &
clement. 1. de ſumma trinitate, Matthæi 21. Marc. 12. Lucæ 20. Apo-
cal. 14. & Chriſtianorum hominum congregationes, meſſis, & ſe-
getes, Matthæi 9. Lucæ 10. D. Ioan. 4. cano. in nono, 21. diſtin. opera-
rii, curiones, & prælati. Et ne diu eccleſiæ in ſuſpenſo ſint viduatæ
paſtoribus & præfectis, deuolutiones inductas iura expreſſe pro-
fitentur: cum diuturna vacatio periculoſa & diſpendioſa ſit ani-
mabus, & eccleſiis, cap. quam periculoſum, de elect. Deficiente e-
nim paſtore, lupus ſæuit facile in gregem, rapit, mactat, vel diſper-
git oues, cap. ne pro defectu, eod. Et poſtremo, vt obuiam eatur aua-
ritiæ prælatorum, qui diutius vacare permitterent eccleſias, vt
fructus vacantium vſurparent: cum permiſſum ſit illis fructus va-
cantium colligere, & habere: poſt collationem, nequaquam, cap.
vnic. vt eccleſiaſt. benefic. ſine quaque diminutione confer. apud Gre-
gor. cap. auaritiæ, de election. in Sext.

¶ Et † in pœnam negligentiæ deuolutionem quoque indu- 27
ctam conuenit inter interpretes, gloſſ. in cap. duobus, de reſcript. in
6. in c. quanquam, de election. in 6. Sicuti & iudex ob negligentiam
ſuam, adminiſtratione ſua priuatur, alio in locum eius ſubrogato,
l. ſi quos, C. de officio præfecti prætorio orientis. Et laici, ſi negligant ſe-
culares ius dicere conquerentibus clericis, conueniri poſſunt co-
ram eccleſiaſtico iudice, c. cum ſit, & c. ſi clericus, de foro competen.
Vt ſi vaſallus ſeu dominus clientelaris negligat iuſtitiam reddere
vaſallo, priuatur iuriſdictione, quæ ad ordinarium deuoluitur, gl.
in cap. ceterum, de iudi. Sunt & aliis in rebus negligentiæ ſimiliter
vel propemodum nocentes caſus, quos Gomeſius colligit 214. ad
finem commentariorum reg. de trienniali poſſeſſore in Epilogo
caſuum negligentiæ. ¶ Cur † autem ſemeſtre tempus diffinitum 28
ſit collatoribus ordinariis ex concilio Lateranenſi ad conferen-
dum potius quam aliud, prætermiſſa forſan ratio a ſummo pont.
conſulto eſt: quia hæc quæſtio eſſe ex earum numero videtur,
quas arbitrarias vocant interpretes, ſiue iuris poſitiui, ſecuti Ac-
curſium, in l. 1. §. initium, in ver. ratus, de poſtulan. in P. & Ioannem
Andream, in ca. 2. in ver. reſtringere, de iudi. in Clem. Quarum nul-
la vix alia poteſt dari ratio, quam quod ita nomothetis placuit, not.
in ca. ſi quando, de reſcript. facit l. non omnium, de legib. in P. c. iſtis, 4.
diſtin. ¶ Proinde † placuit concilio hic terminus ſex menſium, & 29
ſufficere viſus eſt ordinariis collatoribus. Exempla quoque id ef-
ficere aliorum negotiorum potuerunt, in quibus ſufficiunt ad
negligentiam conuincendam ſex mēſes, vt in abſentia clericorum,
c. ex tuæ, de cle. non reſiden. in ædilitio edicto, l. cum ſex, de ædil. edic.
in P. in dilationibus, l. 1. de dilat. C. in appellationibus, l. ſancimus,
C. de appella. & in ſimilibus. Adde archiepiſcopos, & epiſcopos
iure teneri viſitare prouinciam ſingulis annis, c. 1. & fina. de cenſib.
in 6. cap. conquerente, de offic. ordin ca. epiſcopum, ca. decernimus, c.
placuit, 10. quæſt. 1. ſaltem bis in anno iure Decretalium, ca. cum
venerabilis, de cenſib. c. excommunicamus, §. adiicimus, de hæret ex-
tra. Et ideo quia viſitando in ſemeſtri edoceri poſſunt de vaca-
tione eccleſiarum, illud tempus ſufficiens viſum eſt ad conuin-
cendam negligentiam.

¶ Quare † & ſemeſtre hoc tempus, vel aliud datum ad eligen- 30
dum, præſentandum, vel conferendum, initium numeri capiet
a tēpore notitiæ vacationis veræ præſumtæ, & ceſſante legitimo
impedimento, quo quis officio ſuo fungi non poteſt, capit. 2. &
cap. quia diuerſitatem, §. fina. de conceſſ. præbend. cap. licet, de ſup-
plen. negligen prælat. cap. de multa, §. is quoque, de præben. facit l.
annus, de calumnia. in P. l. cum ſex menſes, de ædil. edict. in P. ca.
biduum, 2. quæſtio. 6. vide Rotam, deciſio. 26. in nouis ¶ Sic-
uti † enim non ſuccurritur negligentibus, ita neceſſitate re- 31

rum

rum impeditis auxiliari æquum eſt, l.non enim, ex quib. cau. maio.
in P. nec moroſus quis dicitur, niſi ſciat, vel ſcire potuerit, & de-
buerit quæ facere oportet, l. quod te, de reb. cred. in P. l. ſi ex legati
cauſſa, de verbor. oblig. in P. Vt ſcire, & ſcire poſſe paria, l. Iulianus,
ad SC. Macedon. l. in bonorum poſſeſſione, de bonor. poſſeſſ. in P. Nec
diuinare quiſpiam tamen cogitur, c.1 §.1. vt eccleſ. benef. ſine quaq.
diminut. confer. l. ſi cum fideiuſſor, § ſi cum debitor, mand. in P. l. ſi
putator, ad l. Aquil. in P. potiſſimum ſi de facto alieno agatur, cuius
ignorantia excuſat, l. fin. pro ſuo in P. l. quiſquis, C. de reſcind. vend. l.
error facti, C. de iur. & fac. ignor. & dummodo ea non ſit ſupina &
deperditi hominis, quæ craſſa dicitur & inexcuſabilis, l. plurimum,
& l. nec ſupina, eod. in P. l. iuris regula, §.1. verſ. recte Labeo, eod. tit.
c.1. de ordi. ab epiſc. qui renuntia. epiſ. ca. apoſtolicæ, de cler. excommu-
ni. c. conſuetudo, 8. diſtinct. cap. fin. 1. quæſt. 4. Quemadmodum & in
affectata ignorantia receptum eſt, quæ æquatur ſcientiæ, cap. 2. de
tempor. ordi. in 6. cap. cum inhibitio, de clandeſti. deſponſat. Ea enim
affectata ignorantia eſt, ex quo quis ſcire potuit, ſed noluit vel diſ-
ſimulauit, l. qui contra, de inceſt. & inutil. nupti. quod ex argumen-
tis & coniecturis liquere poterit, cap. 2. de renuntiat. in 6. alioquin
enim vbi ſcientiæ probatio non eſt, quis præſumitur potius igno-
raſſe, quam ſciuiſſe, l. verius, de probat. cap. præſumitur, de regu. iur.
in 6. Et hæc certe videtur in epiſcopo craſſa ignorantia, ignorare
beneficiũ vacare, ſi vacet, inquam, de iure & de facto, vt per mor-
tem, cum teneatur, vt dictum eſt, ſingulis annis prouinciam ſuam
viſitare. Quare fit tunc deuolutio tempore elapſo: contra, ſi de iu-
re fuerit vacatio ſolum, quæ illi incognita eſſe poteſt impune, ita
concludit Rota in deciſ. 263. ſi propter negligentiam, in nouis, Ioan.
de Sel. in tract. de benefic. 3. par. quæſt. 59. glo. in §. viſum, in ver. compu-
tandum, de collat. in pragm. ſanct. Rebuff. in praxi. tit. de deuolutio. nu.
10. & ſequenti. Sic currit tempus a die quo ſcire debuit, vt & in aliis
32 collatoribus vel patronis, cap. vni. de iure patr. in 6. ¶ Et † in Gallia
nominationis poteſtas & tempus ad prælaturas ſex menſium, vel
nouem in repetita nominatione currit regi a tempore vacatio-
nis, non a tempore ſcientiæ, §.1. de reg. ad præl. nomi. in concor. quia
expreſſe verba illa a die vacationis currere dictũ eſt, in d. §.1. ¶ Sic-
33 uti † & in beneficiis vacantibus in curia Romana dictum eſt, c. ſta-
tutum, cap. 3. de præb. in 6. poſt menſem a vacatione cœpta nume-
randum, redire ius collationis ad ordinarios: & in eccleſiis nuper-
rime ædificatis a die quo cœperant perfici ſeu conſecrari, currunt
cõferendi ſex menſes: quia ab eo tempore dicuntur vacare, c. quo-
niam, c. cum propter, de iure patro. vide Lapum, alleg. 95. Frider. de
Sen. 129. Quæ omnia tamen, vt paulo ante monui, intelligi debẽt,
ſi qui præſentare, nominare, eligere, conferre debebat, potuerit id
munus exſequi: ſiquidem impedimento concurrente, non nocet
lapſus temporis. Vt ſi ſuſpenſus vel excommunicatus fuerit epi-
ſcopus, c. quia propter, de conc. præb. l. vni, §. fin. C. de annal. except. l.
ſancimus, §. donec, C. de iur. delib. l. in rebus, de iure dot. C. c. biduum,
2. q. 6. vel vacet ſedes: quo caſu non currit rerum eccleſiaſticarum
præſcriptio, c. de quarta, c. auditis, c. cum nobis, de præſcript. c. 1. & fi-
34 ne ſed. vac. ¶ Neque † negligentia eſt, vbi non negligens adeſt vo-
luntas: cum poteſtas requiratur ad perficiendam voluntatem &
actum, l. multum intereſt, C. ſi quis alt. vel ſibi. Nec nocet ſcientia, ſi
poteſtas non ſit exſequendi cognita, l. ſcientiam, ad l. Aquil. l. in o-
35 mnibus, de noxal. actio. in P. l. ſeruus ignorante, C. eod. ¶ Per † ſuſpen-
ſionem quidem eccleſiaſticam, a iudice vel lege prolatam, inter-
dicitur officium vel exercitium aliquod competens perſonæ, ad
certum tempus tamen, glo. in c. ad reprimendam, in ver. in canoni-
bus, de offic. ordina. glo. in clem. cupientes, de pœn. in ver. ſuſpenſi, vbi
variæ ſpecies ſuſpenſionis, ſicuti & per excommunicationem. At
propterea epiſcopo excommunicato culpa, & maleficio ſuo, non
dicitur eius iuriſdictio ad epiſcopum ſuperiorem deuolui: quia
hoc in iure expreſſum non eſt, ſed alia pœna impoſita, c. 1. de ſuppl.
negl. præl. in 6. Et ſuſpenſus quidem nec eligere, nec eligi poteſt,
ca. cum dilectus, §. quia vero, de conſuet. cap. 1. in fine, de poſtul. præl. c.
cum inter Ramundum, de electio. c. cum bona, de æta. & qualit. ſed
neque archiepiſcopus, qui poteſt ſupplere in cauſſa negligentiæ
eius officium, partes eius ſubit, ob cauſſam delicti: nec caſus ne-
gligentiæ ad alium caſum extendendus eſt, cap. quanquam, de ele-
ctio. in 6. nec fit deuolutio, c. ſi compromiſſarius, eod. Et impeditur
quidem ob prædicta epiſcopi poteſtas, ſed non currit aduerſus
eam tempus, & ita reſtituta perſeuerat: vt de ſeruitute itineris ab
alluuione intercepti, & poſtea reſtituti, traditum eſt, l. ſi locus,
36 quemadmodum ſeru. amitt. in P. ¶ Subducitur † etiam ab omni ne-
gligentia, vt tempus lapſum culpa careat, aliud quoduis impedi-
mentum legitimum inuito eo, qui poteſtatem habet, adueniens,
ca. cupientes, §. inſuper, & c. conceſſa, de electio. in 6. c. ſignificante, de
pignor. l. 2. §. 1. & 2. ſi quis cautio. in P. l. non ſolum, §. vlt. de excuſat.
tuto. l. ſi cui, quibus ex cauſ. maio. in P. l. fina. ad l. Rhod. de iac. Sic im-
peditus poſtulare, vel præſentare, propter peſtem intra tempus,
non currit præſcriptio. Quamobrem nec deuoluitur ius ad epi-
ſcopum, Bald. conſil. 469. lib. 4. incip. ſanctiſſimæ recordationis, Ri-
pa, tracta. de peſte, fol. 27. Idem in caſu hoſtilitatis, cap. ex tranſmiſ-
ſa, de præſcript. can. prima actione, 16. quæſtio. 3. vide Rebuffum, in
tractat. de pacificis poſſeſſ. num. 301. & ſeq. vel aliis legitimis impe-
dimentis, Quæ ſint illa vide Rebuff. in §. 1. in ver. impedimento con-
ceſſ. de colla. in concordat. ¶ Si † tamen impeditus non poſſit remo- 37
uere ipſum impedimentum, alioquin non excuſaretur, cap. fina.
de elect. c. 2. de teſti. debet proteſtari de impedimento, quod per
eum non ſtetit, nec ſtat, &c. aliter poſt impedimentum ſubla-
tum, non ageret, in regul. de pacif. poſſeſſ. & in eam Rebuff. nume.
310. facit cap. fin. de appellat. cap. ſciſcitatus, verſ. dummodo, de re-
ſcrip. ¶ Citra † impedimenta igitur legitima & ignorantiam pro- 38
babilem, elapſo tempore fiet deuolutio iuris: ad quem autem
fiat, varia habet quæſtio capita ſolutionis. Paucis ergo explico, e-
ritque in hac princeps & communis regula, deuolutionem fieri
ad proximum ſuperiorem, non ad inferiorem. Sic ſi prælati regu-
lares non conferant beneficia ſuo tempore regularia, epiſcopi
locorum, in quibus beneficia ſita ſunt, conferunt, clemen. vnic.
de ſuppl. negligentia præla. & ibi gloſſa in verb. loco. Si patroni ne-
gligant intra tempus ſibi præſtitutum præſentare, vel ſi aliũ quam
debite qualificatum ex tenore concordatorum præſentent, ius
deuoluitur ad eum qui inſtituere debet, dicta clementina vnica,
iuncta gloſſa in verbo diſpoſitionem, gloſſa in §. quod ſi quis cuiuſcun-
que, in verbo proximum, de collationibus, in pragm. ſanct. Rochus in
tracta. de iure patronatus, in verbo honorificum, quæſtio. 23. Si eli-
gentes negligant, ad confirmantem, c. 2. de ſupplen. negligen. præla.
Doctor. in c. fin. de elect. in 6. Panormit. in cap. 1. eod. tit. apud Gre-
gor. num. 10. Et ſi ab inferiore facienda ſit collatio ex conſuetudi-
ne, priuilegio, ſtatuto, vel alio modo, ad epiſcopum fit deuolu-
tio: & ab epiſcopo, ad archiepiſcopum, ca. 2. de conceſſ. præben.
ab eo, ad Papam, non ad patriarcham, ca. licet, de ſupplen. neglig.
præl. ¶ Excepto † patriarcha Lugdunenſi ſeu primate, ad quem & 39
fit deuolutio ex conſuetudine regni ab archiepiſcopis, Rebuff. in
praxi benefic. titu. de deuolutio, num. 24. ¶ Olim † quando ad epi- 40
ſcopum & capitulum pertinebat collatio ſiue coniunctim ſiue di-
uiſim, altero negligente ad alterum deuoluebatur collatio, ca. v-
nic. ne ſede vacan. in 6. cap. 2. de conceſſ. præbend. niſi in his quæ de-
uoluta ſunt ad epiſcopum. Nam tunc ex negligentia epiſcopi de-
uolutio fiebat ad eius ſuperiorem, Innocen. & Panorm. in d. c. cum
in cunctis, gloſſ. in §. item circa, ver. viſum, in verſic. legatorum, de
collatio. in pragma. ſanct. arg. c. ne pro defectu, in fine, de elect. Hodie
quoque ex conſuetudine totius regni Gallici, vt ait Rebuffus, in
praxi benefic. in tit. de deuolutio. num. 23. Imola, in clemen. ſi de be-
neficio, quæſt. 2. de præben. in 6. ſi collatio pertineat ad epiſcopum
& capitulum, deuoluitur collatio non ad capitulum, ſed ad ar-
chiepiſcopum: ſi tamen ad capitulum pertineat ſolum, ad epiſco-
pum fit deuolutio, d. c. 2. de conceſſ. præbend. ¶ Notandum † ta- 41
men in electione epiſcopi diſtinguendum eſſe, num deuolutio
fiat propter indignum electum, an propter negligentiam eligen-
di. Et rurſum, quando electio fit ſcienter indigni, qui eligunt,
priuantur quidem poteſtate eligendi ea vice, cap. cum in cunctis,
& ca. innotuit, de electio. ſed eo caſu, deuolutio fit non ad archie-
piſcopum, ſed ad Papam, c. quanquam, de electio. in 6. quando vi-
delicet omnes electores ſiue ſimul & ſemel, ſiue ſeparatim, ſcien-
ter indignum elegerint. Quod ſi non omnes elegerint indignum,
ſed aliqui eorum dignum, ad alios etiam minores numero deuol-
uitur ius, non ad ſummum pontificem, c. congregato, de electio. glo.
in d. c. quanquam, in ver. deuoluetur. At ſi propter negligentiam
eligentium, non ex delicto fiat deuolutio, ad archiepiſcopum,
non ad Papam peruenit, vide d. gloſſ. in c. quanquam, & Anchar.
& vide Dayma. in §. 1. de reg. ad præla. nominat. in verb. computan-
dos. Si vicarius epiſcopi male conferat, vel ſi ab eo deuolutio fiat,
ad archiepiſcopum, non epiſcopum eius vicarii fit, Rebuff. docet
in tractu. nominat. quæſt. 14. num. 63. ¶ Ab † exemtis epiſcopis col- 42
latoribus, ad Papam fit deuolutio, d. cap. licet, & c. ſicut, de ſup-
plen. negligen. prælat. † ab exemtis regularibus, ad epiſcopum lo- 43
ci beneficii, qui auctoritate apoſtolica confert, ca. cum ſingula, de
præben. in 6. clemen. vnica, de ſupplen. negligen. præla. ¶ Capitu-
lum † quoque ſede vacante epiſcopali, poteſt conferre benefi- 44
cia deuoluta ad epiſcopum ex negligentia vel delicto inferioris,

*cap. cum olim, de maio. & obedien. Ioan. Andr. in c. quanquam, de*
45 *elect. in 6. vide Rebuff. in praxi, tit. de deuolutio. num. 92.* ¶ Nam † ſi ſede vacante præbendæ vacent, illæ non conferuntur iure deuoluto a capitulo, *ca. 2. ne ſede vacan.* quia collatio beneficiorum in fructu epiſcopi eſt, *glo. in d. c. cum olim, de maio. & obed.* ideo reſeruanda futuro ſucceſſori, *c. quia ſæpe, de elect. in 6. clem. penult. eod.*
46 *tit.* ¶ Singulare † illud eſt, quod in inſtitutione facienda ab epiſcopo præſentatorum, digniorum nullum definitum eſt tempus, & ideo ob non factam inſtitutionem non deuoluitur ius ad ſuperiorem, ſed poteſt qui præſentauit ſuo tempore, etſi poſt præſentationem lapſum fuerit tempus ad præſentandum datum, interpellare pro inſtitutione epiſcopum, *c. cum inter. de electio.* Et poteſt recurri ad ſuperiorem, qui præfigit terminum inferiori ad inſtitutionem faciendam, *c. reprimendum, de offic. ordin. c. graue, de præb.* Et ideo in refutum vel denegationem, tunc recurritur ad ſuperiorem. Sic & in acceptatione facta intra menſem ex mandato, negante exſecutore: quia nullum tempus exſecutori eſt definitum, *not in clem. cum ei quem, de conceſſ. præbend.* Et ita expreſſe definit Rota in deciſione 212. incipiente, *ſecundum omnes*, in nouis.
47 ¶ Quare † nec ſumm. pontifex iuri præſentationis, ante inſtitutionem facit præiudicium patrono, niſi dixerit deuolutum fuiſſe per vacationem temporis ad eum beneficium, id eſt, pręſentatione nō facta ſuo tempore, vel deuoluto iure ad epiſcopum & alios negligentes beneficium patronatum, & quod ita vacauerit: vel niſi in prouiſione adiiciatur, dummodo patronorum accedat aſſenſus. Aliter enim non cenſetur iuri patronorum derogare, vt docetur ex regula cancellariæ 40.

## De reſeruationibus beneficiorum.

## Cap. 10.

1 *Reſeruatio beneficiorum quid, & a quo fiat.*
2 *Reſeruationes beneficiorum generales & ſpeciales ſummi pontificis, vel præter ius, vel in corpore iuris.*
3 *Beneficia quæ dicantur vacare in curia Romana.*
4 *Reſeruationes ſpeciales beneficiorum quæ.*
5 *Reſeruationes beneficiorum quæ abolitæ ſint & permiſſæ.*
6 *Reſeruationes in corpore iuris quæ ſint ſummi pontificis.*
7 *Penſionis reſeruationes vſq; ad quam quantitatem in beneficiis renuntiatis permiſſæ.*
8 *Penſio iuſta quæ, & eius reductio.*

1 SEcundo † dicebamus poteſtatem ordinariam in beneficia, impediri per reſeruationes: quæ autem illæ ſint, & quales, nunc tradendum eſt. Reſeruatio beneficiorum dicitur, quando quis ſibi retinet beneficium, vt alii quam ipſe voluerit, conferri nō poſſit. Fitque a ſummi pontif. legato, & ab ipſo ſummo pontifice. Legatus auctoritate ſuæ legationis apoſtolica, ſibi reſeruabat beneficii collationem in eccleſia aliqua, vel inter ordinarii collationes, quam reſeruationem reſtrinxit Bonifacius 8. *c. præſenti, c. 3. de offic. lega. lib. 1. Sexti, tit. 15.*

2 ¶ A ſummo † pontifice fiebant reſeruationes generales, & ſpeciales: & iſtæ vel ſunt præter ius, vel in corpore iuris clauſæ. Extra ius ſunt generales, quando ſumm. pontif. reſeruat ſuæ collationi dignitates maiores poſt pontificalem, in cathedralibus & metropolitanis eccleſiis, *vt in reg cancell. 2. 3. & ſeq. in extra. Ioan. 22. execrabilis, de præben. & in extrau. ad regimen.* Item vbicunq; ſum. pontif. ſe immiſcuit, vel ſi ipſe contulit, & quæſtio moueatur vel de eius prouiſione, vel nullitate, vel indignitate prouiſi, reſeruantur hæ notiones & beneficia ipſius poteſtati, *Panor. in c. inter dilectos, col. pen. de exceſſ. præla. c. vt noſtrum, de appella. Rom. conſil. 335. circa primum.*

3 ¶ In † corpore iuris, *hoc diſputat glo. antiq in regu. canc. 33. alias tamen enumerat Probus in c præſenti, de offi. ord. in 6. & Rebuff. §. 1. de reſeru. in concor. Gomes, in reg. cancell. de trienn. poſſe. q. 31. vbi tradit 7. reſeruationes in corpore iuris clauſas, vide eum.* vnica tantū reſeruatio inuenitur generalis, nempe beneficiorum, quæ dicuntur vacare in curia Romana, perſonarum videlicet exſiſtentium, & decedentium in ſummi pontificis comitatu, quæ conferri poſſunt a ſolo ſummo pontifice intra menſem a tēpore vacationis, & poſtea ab ordinariis, *c. 1. 3. de præb. in 6.* Porrectumq; hoc ius ad beneficia perſonarū curialium, qui extra curiā mortui ſunt, peregrinationis, infirmitatis, vel recreationis cauſſa abſentes, intra duas dietas legales: item ad nuncios apoſtolicos a curia abeuntes, vel ad curiam Romanam pontificis redeuntes, *c. præſenti, de præb. in 6.*

4 ¶ Specialis † reſeruatio eſt, quando ſummus pontifex ſibi nominatim collationem alicuius beneficii reſeruat: vel ſi in collatione beneficii ex reſignatione, cum penſionis retentione permittat regreſſum, ſi non ſoluatur, vt poſſit eius auctoritate apoſtolica ſine alia prouiſione beneficium repetere, *vide Rebuff. in §. 1. de reſeruatio. in concor.* vel alio modo. ¶ Hodie † omnes reſeruationes 5
beneficiorum improbatæ ſunt, *eod. tit. & in prag. ſanctio.* exceptis vacationibus in curia, & in ciuitatibus & villis muratis, quæ graduatis, *§. præfati, 1. de collatio. in concordat.* & nominatis debentur vi pragmaticæ ſanctionis, & concordatorum, *§ ſtatuimus, eod.* itē quæ vacant officialium ſedis apoſtolicæ, *ca. ad regimen, de præb. in extrauag. communib.* niſi iure regali vacent in Gallia, vt pronuntiatum ſenatuſconſulto Pariſienſi an. 1338. 3. Iulii, *Reb. in §. 1. de reſeruat.* Sunt & receptæ reſeruationes, quas ſibi fecit & ſedi apoſtolicæ ſum. pontifex in conuentionibus Gallicis, *tit. de reg. ad prælat. nomina. in concord.* maiorum dignitatum & prælaturarum, vt poſſit ſolus eas conferre, poſtquam intra nouem menſes rex Galliarum ad eas non nominauerit idoneum. ¶ Inter † reſeruationes 6
in corpore iuris clauſas, id eſt, inter collationes quas ius commune reſeruat ſummo pontifici, Gomeſius, *in regu. de trien. poſſeſſ. q. 31.* ponit tranſlationem epiſcoporum, *c. quod tranſlationibus, de offi. lega. c. fin. de tranſlat. epiſcop.* prouiſionem epiſcopatus vacantis per depoſitionem, *c. inter, de tranſlat. epiſc. c. poſt tranſlationem, & c. niſi, de renuntiat.* & per caſum ca. quanquam de electio. in 6. ſi epiſcopus captus eſt a paganis, vel a ſchiſmaticis, *c. ſi epiſcopus, & ibi glo. ſi. de ſuppl. neglig. prælat. in 6.* ſi prouidendum ſit, eo quod epiſcopus propter ſenium, aut impedimentū aliud corporale, perpetuum non poſſit officium ſuum exercere, *c. 1. §. ſi autem epiſcopus, de cler. ægro. in 6.* ſi ſummus pontifex dederit beneficium vacans ante in commendam, idque ex interpretatione potius doctorum, *Frider. in tract. permut d. 15. Roma. conſ. 140. Reb. in Praxi benefi. tit. de reſerua. nu. 32. & 38.* quam iuris expreſſa diſpoſitione, ideo non recte ſuperioribus annumeratur. Alius tamen proxime accedit, quando cathedralis eccleſia clero & populo Chriſtiano caret, quo caſu reſeruatur collationi ſummi pontificis, *clemen. in pleriſque, de ele.*

¶ Sunt † aliæ reſeruationes in collatione beneficiorum factæ 7
per ſummum pontificem, quando per ipſum imponuntur penſiones: iure namque pontificio interdum probatæ reſeruationes penſionis, vſque ad mediam, *ca. ſuſceptæ, eod. in extra. Ioan. 22.* partem fructuum beneficii, a ſummo tamen pontifice, non alio conceſſæ. In patria tamen conſuetudinaria, & in Gallia, ad tertiam vſque partem reformari ſolet relictis duabus beneficiario, *Rebuf. in praxi benef. tit. de reſerua. nu. 18. 19. 20.* ¶ Quinimo † & iuſta dicetur 8
penſio, qua deducta ſuperſit beneficiario, vnde ſe alere, & onera beneficii poſſit ferre, *c. de monachis, c. vacante, c. cum cauſſam, de præb. c. 1. de cenſib.* Daturque hæc penſio communiter in quantitate fructuum: in Gallia etiam, *Reb. d. tit. de reſeruatio. num. 21.* in pecunia munerata, vbi penſio permiſſa in tribus caſibus, ſi beneficium litigioſum, pro bono pacis, *c. niſi, de præben. 2.* ne diſpendium nimium reſignans ex reſignatione patiatur, *c. ſuper hoc, de renuntiatio.* aliter tamen quam ex permutatione facta: vel ſi permutatum beneficium ſit, ratione inæqualitatis redituum in fructibus permittitur penſio, *c. ad quæſtiones, de rer. permut.*

## De mandatis apoſtolicis ad beneficia, & de mandatariis. Cap. 11.

1 *Mandatum apoſtolicum impedit collationem ordinarii.*
2 *Mandatum apoſtolicum quid.*
*Mandatorum apoſtolicorum origo & ſucceſſus.*
3 *Literæ perceptoriæ ſummi pontificis quæ.*
4 *Literæ exſecutoriæ ad beneficia quæ.*
5 *Mandatum apoſtolicum dat ius ad futura beneficia.*
*Mandata a ſummo pontif. ad beneficia dantur ſemel in vita, & quando, & quare, eod.*
6 *Mandatis qui ordinarii grauari poſſint.*
7 *Mandata cur ſolus pontifex dat.*
8 *Mandati forma in Gallia.*
9 *A Mandatis quæ beneficia cenſentur excepta & 10.*
10 *Mandatariis non debentur beneficia villæ muratæ, niſi graduatis.*
11 *Mandatarii præferuntur graduatis nominatis.*
12 *Mandatario beneficia non debentur, niſi a præſentatione poſt menſem.*
13 *Mandatario tantum beneficium petitum & acceptatum prius vacans debetur.*

14 Man-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

14 *Mandatariis ex duobus quis præferatur.*
15 *Mandati vis quomodo perimitur.*

1 TErtio † loco, ordinariorum poteſtas mādatis Apoſtolicis im-
peditur. *cap. dilectus filius in 2. c. dilect. inter cetera, de præbend.*
2 *ap. Grego. Panorm. in c. olim in fin. de verb. ſignif.* ¶ Mandatum † A-
poſtolicum, eſt omne reſcriptum, per quod ſummus Pontifex
mandat & iubet alicui de beneficio prouideri. *c. mandatum, cum*
*2. ſeq. de reſcript. c. ſi ea. de conceſſ. præben. in 6.* Hoc mandatum ab
initio tantæ non fuit efficaciæ, ac nunc eſt: nam a principio Pon-
tifices maximi primum monitorias dabant literas, quibus vt pre-
cibus monebant ordinarios, conferrent beneficia mandatariis,
3 † quas cum facile contemni ab ordinariis collatoribus viderent,
inuenerunt præceptorias, per quas illud ipſum iiſdem præcipie-
bant: quibus etiam non obſtātibus, collatio ab ordinariis aliis fa-
cta, quam mandatariis, valebat, etſi punirentur ordinarii contu-
maces *c. ſi ſoli, de conceſſ. præb. in 6. c. dilect. 2. de præbend.* ¶ Quam-
4 obrem † & inuentę dehinc ſunt literę exſecutoriæ, per quas man-
dabatur, vt exſecutores compellerent ordinarios ad conferendū.
*tribus ſuperio. literis, in c. capitulum, c. literis. c. ex inſinuatione, de re-*
*ſcript.* Verumtamen neque iſtæ literæ ligabant ordinarium, quin
poſſet alii cui vellet, quam mandatario conferre: niſi mandatum
hoc haberet clauſulam, ſeu decretum irritans collationes contra-
rias, tunc enim mandatum ligabat manus ordinarii ſiue alia inſi-
nuatione ſeu præſentatione facienda eidem ordinario, *c. tibi qui,*
*eod. in 6. notat. in c. ſi ſoli, de conceſſ. præb. in 6 gloſſ. in § ſtatuit autem,*
*in ver. cenſeatur, de collatio. in prag. ſancti.* vel niſi mandatarius fuiſ-
ſet creatus canonicus, *cap. ſi poſtquam, de præben. in 6. c. duobus, de*
*reſcript. in 6. Felin. in c. ad audientiam col. 8. ver. literæ non dantur, de*
*reſcript. vide de his & ſuperio. gloſſ. in §. item voluit, in ver. dirigendū,*
*de collati. in pragm. ſanctio.* aut ſi exſecutor inhibuiſſet ordinario
vel collatori alii collationem, & ſuæ collationi reſeruaſſet. *ca. tibi*
*qui, de reſcri. in 6. & d. c. ſi ſoli.* Siquidem & exſecutoribus per lite-
ras exſecutoriales dederunt ſummi Pontif. poteſtatem conferen-
di, ſi recuſaret eandem collationem, vel negligeret ordinarius. *c. ſi*
5 *Apoſtolicæ, de præben. in 6. c. ſi ea. de conceſſ. præb.* ¶ Per † hoc man-
datum datur ius ad futura vacatura beneficia, per quemlibet Ro-
manum Pontificem ſemel in vita dumtaxat, tempore ſui pontifi-
catus per literas in forma mandati. *§. 1. de mand. Apoſto. in concord.*
Idque ratione iucundi ſui aduentus, honoris gratia. Sicuti pro-
conſulibus prouinciam recenter ingredientibus, quędam hono-
ris cauſſa olim dari ſolebant. *l. ſi in aliquam, de offic. proconſ. lib. 1. P.*
*titul. 17.* Item 2. in ſignum recognitionis iuris ſupremi. Et 3. quia
poſtquam ſummus Pontifex grauatur, vt nominationibus acade-
miarum, & principis Galliæ, beneficiorum potior pars debeatur
aliis, quam antea, & cum reſeruationes illi ademtæ ſint, *tit. de reg.*
*ad præla. nominat. & de colla. in concord. & tit. de reſeruat. ſubla. in*
*pragm. ſanctio.* æquum viſum eſt, vt in hac prærogatiua honorare-
6 tur. *argum. l. eum qui, de iureiu.* ¶ Ea † tamen lege, vt ordinarium
non poſſit grauare etiam vno mandato, niſi habeat collationem
10. beneficiorum: habentem autem collationem quinquaginta
& vltra, in duobus dumtaxat. Ita tamen quod in eadem eccleſia
cathedrali vel collegiata, vnum collatorem pro tempore in dua-
bus præbendis non grauet. *d. §. 1. de mandat. Apoſtol. in concord.*
*in §. volens. & §. item voluit, de coll. in pragm. ſanctio. conſtit. Ludou.*
*12. artic. 1. 2. 3. 4. 5. 6.*

7 ¶ Mandatum † itaque hoc ad beneficia vacatura a ſolo Pontifi-
ce manare poteſt, *gloſſ. in c. 1. in ver. vacaturis, de præben. in 6. c. di-*
*lectus, in 1. de præb. Felin. in c. mandata, de præſumt.* propter eius au-
ctoritatem ſupremam in beneficia & plenam, *c. 2. de præben. in 6.*
*clem. 1. in fine, vt lit. pend.* alioquin odioſa ſunt mandata de proui-
dendo de beneficio antequam vacet, tum propter ambitionem
eorum, qui poſtulant, *c. quamuis, de præb. in 6.* tum etiam, quia o-
dioſum eſt per ſe & funeſtum, viuentis beneficium impetrare.
Ideo conciliis inhibitum ſacroſanctis, veluti votum mortis captā-
dæ habens. *ca. 2. de conceſſ. præb. c. de captanda, c. deteſtanda, eo. in 6.*
Proinde & ſemel permittitur Pontifici ſummo hoc iure vti tem-
pore ſui pontificatus, nec poteſt iam grauatam vel bis pro modo
beneficiorum ordinariam poteſtatem iterum grauare mandatis.
Non licebit ergo legato etiam a latere mandata hæc concedere.
Quamquam iure communi ſuæ collationi vacaturum benefi-
cium poſſit reſeruare, *c. cum dilectus, de iure patronat. c. præſenti, &*
*c. deliberatione, de præben. in 6.* excepto regno Galliæ, in quo pla-
cuit ex præſcripto concilii Baſilienſis vltimi, tolli reſeruationes.
*tit. de reſeruat. in pragm. ſanct.*

8 ¶ Quocirca hodie certa forma mandatorum præſcripta eſt in
Gallia, ſecundum quā oportet omnia mandata de prouidēdo, ſiue
ad regularia, ſiue ſecularia beneficia pertineāt, concipi, *tit. de for-*
*man. in concor.* per quā remittitur expreſſio beneficiorū ab impe-
trante poſſeſſorum, in aliis gratiis neceſſaria. *c. ad aures. c. in noſtra,*
*& c. ſi proponente, de reſcript. c. ſi motu proprio, c. non poteſt, de præben.*
*in 6.* Exigitque in Gallia mandatum eſſe generale, alias non valer,
vt placuit ſenatui Pariſienſi, *Rebuff. in praxi, tit. de clauſ. mand. nu.*
*29. & 30.* licet olim & alibi hodie, quam in Gallia, mandata diri-
gerentur ſingularia vel ad dignitates tantum, vel ad canonicatus,
*c. exſecutor, c. ſi ſoli, de præb. in 6.* pro certa perſona & certo benefi-
cio, *c. ex parte, in 1. de offi. deleg.* & incerto. *c. mandata, de præb. in 6.*
Atque in ea forma in ſumma omnes formæ antiquæ, quibus or-
dinarius ad conferendum cogebatur, continentur: quæ diuerſæ
erant, quas vide collectas apud Ioannem Andream Peruſ. & alios
*in cap. ſi ſoli, de præbend.* Rebuffum *in commentar. ad §. 1. de manda.*
*Apoſtol. in concordat.* ad verba, *in forma mandati.*

¶ Verum † ab illa forma generali, vt non contineantur man- 9
dato, cenſentur excludi beneficia electiua in Gallia, *vt in clem. 1.*
*de præben.* quæ ad regis nominationem pertinent. *§. 1. & 2. de re-*
*gia ad prælat. nomina. in concordat.* & quę in curia Romana vacant,
quia reſeruantur Papę, *c. 2. de conceſſ. præben. in 6.* vt & beneficium
ſimiliter ſpecialiter reſeruatum dicitur non comprehenſum. *Au-*
*frer. deciſ. Thol. 434.* Sicuti nec comprehenduntur ſub mandato,
id eſt, non debētur mandatariis in vim mandati litigioſum, regu-
laria ſecularibus, & contra, & diuerſi ordinis quam ſit impetrans,
vnitum, paternum, vacans cauſſa permutationis, non liberum vt
collatum abſenti, de nouo fundatum, vacans per mortem epiſco-
pi præbēdatarii, quod optioni ſubiicitur: quæ omnia probat Re-
buffus *in §. declarantes, in verb. comprehenſa, de manda. in concord.*
Item nec comprehenditur patronatum. *vide gloſſ. Rebuff. in §. præ-*
*fatique ordinarii, in verb. patroni, de collatio. in pragm. ſanct. Lapum*
*alleg. 84. dominus Papa, colum. 3. Rochus, Curt. tractat. de iur. patro.*
*in verb. ius, quæſt. 7.* Nec ea, ad quæ impetrans erat inhabilis tem-
pore dati mandati: hoc enim tempore capacitas exigitur. *ca. ſi eo*
*tempore, de reſcriptis, in 6.* Quod ſi diſpenſatus ad hæc ſit? late vide
apud Ruſeum, *de manda. Apoſtol. 2. part. num. 2. & ſeq.* Continen-
tur tamen ſub mandato ea, quæ pure, libere & ſimpliciter in ma-
nibus ordinarii renuntiata ſunt, *Ruſe. hoc tractat. lib. de mand. A-*
*poſtol. 2. part. num. 14. & ſequen. text. ex præ. in c. dudum, 14. de præ-*
*ben. in 6.* quia hæc reſignatio pura inducit vacationem, & morti
æquipollet. *c. 2. de renuntiat. in 6. ca. 1. rer. perm. in 6. expreſſe ca.*
*dudum, de præben in 6.*

¶ At † non debentur mandatariis beneficia villæ muratæ, ſi 10
non ſint qualitatis requiſitæ. *Rebuff. in §. declarantis, in ver. com-*
*prehenſa, de mand. in concord. per c. quia ſæpe, de præbend. in 6. vide*
*contrarium Boer. deciſio. 225.* Nec ea quæ ſunt iuris patronatus lai-
corum, de quibus Papa non intelligitur velle diſponere, *cap. cum*
*dilectus, de iure patrona. gloſſ. & Docto. in c. 3. de præben. Panorm. in*
*cap. quanto, de iud.* vt neque comprehenduntur ea, quæ vacante
ſede cadunt in regalia, & quæ eo iure a principe in Gallia confe-
runtur. *Ruſe. tractat. regal. in 1. parte præfat. num. 6. & in 2. part. tra-*
*ctat. de mandat. Apoſtolicis, numer. 22.* ¶ Ceterum † tanta eſt ho- 11
rum mandatorum, *hic loquimur de forma exſpectatiua mandati,*
*aliæ enim ſunt formæ exſpectatiuarum Apoſt. literæ. quas Gallia non*
*recipit, §. volens, de collat. in pragm. ſanct. & de quib. Staphile. pro-*
*prio lib. & in c. tibi qui, de reſcript. in 6* de prouidendo, in forma
legitima impetratorum poteſtas, vt mandatarii præferantur aliis
exſpectantibus beneficia, quia Apoſtolici exſpectatores ſunt, &
ideo eius ratione præferendi. *cap. ſi qui, de præben. in 6.* Et proinde
præferuntur etiam in Gallia in beneficiis, quæ ſub mandatis con-
tinentur, ordinariis collatoribus, & graduatis ſimplicibus & no-
minatis, *§. & vt obuietur litibus, de mandat. in concord.* quanquam
graduati prius acceptauerint, quam mandatarius, & quamuis be-
neficium vacans eius generis eſſet, quod deſtinaretur graduatis.
*d. §. & vt obuietur, & ibi Rebuff. in verb. nominatis.*

¶ Verum † obſeruandum hic eſt, mandatarium antequam vti 12
poſſit iure mandati, debere mandatum ordinario ſemel præſen-
tare. *cap. tibi, & cap. penult. de reſcript. in 6. cap. ſi capitulum, de con-*
*ceſſio. præben. in 6.* Nam a præſentatione, poſt menſem tantum va-
cans debetur beneficium, *in forma manda. in concord.* dummodo
petitum a mandatario & acceptatum fuerit.

¶ Tenetur † enim in Gallia requirere & acceptare ad ſummū 13
intra ſex menſes beneficium primo vacans, *Rebuffus in §. noſq;, in*
*ver. præferendos, de colla. & in forman. in concor.* poſt præſentationē
mandati: alibi, quam in Gallia, intra tempus ad acceptandum ſibi

præſtitutum. *gloſſ. in clemen. vnica, in verb. menſem, de conceſſ. præb. Felin. in cap. capitulum, de reſcript.* Et quia tenetur ita acceptare primo beneficium vacans, ſi illud in vim mandati ei conferatur, exſtinguitur mandatum. *c. ſi motu, & ca. non poteſt, de præbend.* Verum ſi illa collatio non teneat, aut ſi non poſſit effectum ſortiri, ea non obſtante poterit aliud acceptare. *vide Rebuff. in praxi, in rubri. de mand. Apoſt. num. 2.*

14 ¶ Quod † ſi duo mandatarii concurrant, qui diuerſa impetrarunt mandata, tempus datæ inſpiciendum, *c. eam te, & ca. conſtitutus, de reſcript. cap. ſi eo tempore, eod. tit. in 6.* & potior tempore, potior erit iure, *c. qui prior, de reg. iur. in 6.* etiamſi in ſecundo eſſet clauſula decreti irritantis, & in primo, non quia præſentatio afficit præbendam primo, vnde ſecundus eam non poteſt obtinere, *c. ſi capitulo, de conceſſ. præbend. in 6.* etiamſi ſecundus primus præſentauerit, nam ideo primo mandatario non præfertur, *ca. eum qui, de præb. in 6. c. tibi qui, de reſcript. in 6.* niſi ſecundum ius commune, in ſecundo reſcripto poneretur clauſula anteferri. *gloſſ. in d. c. ſi ſoli. & text. in c. pen. de conceſſ. præb. in 6.* Vult enim ius ſecundum primo tunc anteferri qui acceptauerit, ſi tamen collatio adhuc ei facta non fuerit, *c. tibi qui, de reſcript. in 6.* tollitq; hæc clauſula ius ad rem, non ius in re. *c. quondam, de præben. in 6. de hac reg. anteferri Staphileus, in form. mand. de prouidendo. Plene Felin. in ca. capitulum, colum. 7. num. 6. cum ſeq. de reſcript. Quib. & quot modis ius ad rem de benef. quæratur, vide apud Gome. in reg. de non tollen. iure quæſit. alteri, 1. q.* Quod in Gallia non obtinet, quia conſtitutio regia declarat Papam præueniri per ſolam requiſitionem mandatarii, & nominatorum, *§. declarantes, de mand. Apoſto. in concord. Rebuf. in for. declarati. nouæ prouiſ. in clauſula, aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus, &c. In praxi beneficiorum, & in reg. de non tollen. iur. quæſit. alt. gloſſ. 4. & in forma mand. Apoſtol. in verb. datum, in concorda.* præferretur nihilominus ſecundus, ſi primus mandatarius eſſet negligens, *capitulo, tibi qui, de reſcript. in 6. ca. ſi clericus, de præben. in 6. Felinus in capit. capitulum, de reſcript.* vel incapax beneficii fuerit poſt mandati inſinuationem factus: puta, quia nō ſit capax curati beneficii, *c. ſi eo tempore, eod. in 6.* ſi ſit mortuus, vel ſi duxit vxorem. *c. cum inter, de renuntiat. Rota, deciſ. 123. nota quod vbi, in antiq.*

15 ¶ Et † quando olim formulæ erant variæ & ſpeciales mandatorum ante conuentionem Gallicanam, mandati fines erant diligenter inſpiciendi: neque enim mandatum de beneficio vacanti comprehendit vacaturum. *Felin. in cap. conſtitutus, pen. colum. de reſcript.* Neque exſpectatiua vel gratia ſub cauſſa, cauſſa ceſſante vim habet, *cap. poſtulaſti, de reſcript. & cap. ſi pauper, de præben. in 6.* vel conditione apposita, adhuc veniente vel deficiente, *Panorm. in c. 1. in finali col. de re iudic. facit l. cedere diem, de ver. ſig. c. ſi par. de reſcript.* vel renuntiante impetrante mandato, quia renuntiare poteſt expreſſe, *Panorm. in 2. notab. c. ad audientiam. 2. de reſcript. text. in c. veniens, & c. ſane de renuntiat.* vel tacite id agendo, quod contrarium eſt ſuæ profeſſioni, vt ſi ducat vxorem, vt dixi: nam & tunc quæ habebat beneficia amittit, *capit. 1. de clericis coniugatis.* & videtur habere pro derelicto. *argu. capi. ex tranſmiſſa, de renuntiat. cap. cum renuntiatione, 32. q. 1.* Item ſi fiat miles, & enormib. criminibus ſe miſceat, quibus amittit clericatus priuilegium. *vide Pacum, de mandat. Apoſtoli. part. 8. num. 17. Innocent. Butrigal. Panormitan. in capitul. 1. de apoſta. ita iudicari tradit Benedictus in capitul. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine, num. 441.* Item ſi alio modo amittat hoc ipſum, vt in cap. 1. de vita & honeſt. cleric. in 6. & clemen. 1. eod. titu. Vel ſi ante aſſequatur beneficium, quod eſt cum eo quod exſpectat incompatibile. *capitu. gratia, de reſcript. apud Clemen.* Item ſi mandatum exſpirauerit, puta morte mandantis re integra, *capitul. ſi cui in fin. de præbend. in 6. notat in capitul. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. in 6. §. Recte, apud Iuſtinian. manda. l. mandatum, C. eod.* nam ſi vi mandati proceſſum ſit ad aliquem actum tendentem ad effectum mandati, non exſpirat. *Alexand. & alii, in l. eius, verſ. dicebat, ſi cert. peta.* Staphileus dicit ante prouiſionem rem eſſe integram, & morte ante interueniente exſpirare mandatum, *Ioannes Staphileus tract. de liter. grat. tit. quib. mod. exſpir. lit. ad benef.* niſi exſecutor, cui præſentatum eſt mandatum, vel bulla exſpectatiua, proceſſerit ad fulminationem proceſſus. Nam tunc non dicitur res integra, inquit, poſt Dominic. *in capitul. ſi cui, de præbend. in 6.* & Lapum, nec reuocatur talis gratia per obitum concedentis, niſi per ſucceſſorem expreſſe reuocetur. *Prob. in c. pen & fin. eo.* Vt ſolet fieri per ſummos Pontifices, die ſequente coronationem. *Pacus, de mand. Apoſtol. part. 8. nu. 4. reg. 18. cancell. Innoc. 8.* Item ſi per mandatum gratia quoq; ſit facta, quia contulit ſum. Pontif. mandatario canonicam & præbendam, ſi vacat, vel quæ primo vacauerit, nulli alii de iure debitam, morte mandantis ante aſſecutionem præbendæ non exſpirat. *ca. ſi ſuper gratia, de offic. delegat. in 6. vide gloſſ. ad §. item voluit de collatio. in pragm. ſanct. in ver. mandatum, & in ver. dirigendum.* Et ſi gratia facta ſit in mandato, etiam morte mandantis non exſpirat, vt docet pluribus Matth. Pacus, *in tit. de manda. Apoſto. in 8. part. num. 1. & 2.*

## De Modis legitimis dandi beneficia eccleſiaſtica.

### Cap. 12.

1 *Beneficia canonice dari debent.*
2 *Beneficium prius vacare debet, quam detur. & 12.*
*Beneficium viuentis quando & quomodo odioſum ſit dare, eod.*
3 *Regula de veriſimili notitia quæ, & quare ſit recepta in Gallia, & conſideratio per ſequentes numeros.*
4 *Regula de veriſimili notitia locum habet in ordinariis.*
5 *Veriſimilis notitia mortis beneficiati, & quomodo metienda.*
6 *Curſores quidam expeditiſſimi, & 7. Indacus curſor præſtantiſſimus. eod.*
7 *Philippides curſor eximius.*
*Heraclitus Perineus curſor. eod.*
8 *Bancarii beneficiorum diem & horam, quibus curſores proficiſcuntur, impetraturi beneficia ſcribunt.*
9 *Curſorum publicorum inſtitutio a quo cœpit.*
10 *Beneficiatum mortuum celare non licet, & quid de eo ſtatuatur.*
11 *Beneficium viuentis impetrans per obitum, eo mortuo non poteſt impetrare.*
13 *Beneficia pure conferri debent, & quid pure, & ſine ſimonia.*
14 *Collatio beneficii quando, & quomodo palam fieri debet.*
15 *Regula cancell. Roman. de publicandis reſignationibus.*
*Renuntiationes beneficiorum intra quod tempus publicandæ. eodem.*
16 *Renuntiationes quomodo publicandæ.*
17 *Beneficia duobus modis in ſumma acquiruntur, electione, collatione.*
*Electio in quibus beneficiis locum habet. eod.*
18 *Electio quid.*
19 *Poſtulatio in beneficiis quid.*
20 *Poſtulare qui poſſunt.*
21 *Poſtulatio admiſſa vim electionis habet.*
22 *Poſtulari qui poſſint.*
23 *Poſtulatio a quibus fit.*
24 *Nominatio ad beneficia quid.*
*Nominatio quando tribuit ius nominato. eod.*
25 *Nominatio academiarum ad beneficia quid eſt.*
26 *Variatio quæ, & quando permiſſa in poſtulatione, & electione, & nominatione.*
*Poſtulationis & nominationis conſenſus & diuerſitas. eod.*
27 *Electionis valide adipiſcendi beneficium probatus modus quare.*
28 *Electionis triplex forma.*
*Electio per inſpirationem ſpiritus Sancti. eod.*
29 *Electio per ſcrutinium quomodo fiat.*
30 *Electionis formula per viam compromiſſi quæ.*
31 *Electionum formula in quibus ſeruanda ſit beneficiis.*
32 *Electioni facienda qui, & num omnes vocandi.*
33 *Electio quo loco facienda eſt.*
34 *Eligendi alia formula per breuia, ſortes.*
35 *In electione quæ conſideranda.*
36 *Electio ſacerdotum ethnicorum a populo fiebat.*
37 *Principibus laicis cur ius aliquod in inueſtitura epiſcoporum.*
38 *Nominat ad prælaturas Andium regulus, & Alanconius nomine regis.*
39 *Nominationis regis ius ad electionem remiſſum.*
40 *Eligere qui non poſſunt ad beneficia.*
41 *Eligi quæ perſonæ nequeunt.*
42 *Electionis peragendæ modus.*
*Sepeliri debet mortuus anteq̃ alius in eius locum eligatur. eod.*
*Electionis vocem quibus committere, & quomodo abſens poſſit. eodem.*
43 *Electorum iuramentum ante electionem.*
44 *Scrutatores electionis quomodo eligant.*
45 *Electionis publicatio bis fieri debet, & quomodo.*
46 *Epiſcopi introniſatio quomodo fiat.*
*Electio quando ab electoribus iterari poteſt.*

Compre-

1 COmprehenditur † vno capite & regula quæſtio, qualiter & quomodo beneficia concedantur: nempe, vt canonice dentur, *c.1. de reg. iur. in 6.* id eſt, ſecundum præſcripta legum Pontificalium. Non enim omnes modi poſſeſſionis, ſeu melius detentionis beneficii, legitimi ſunt: & ideo quædam in genere, quædã alia in ſpecie in proba beneficiorum datione obſeruari operæ-
2 pretium eſt. ❡ Primum † beneficium vacare debet, antequam certum detur, potiſſimum ſi per obitum alicuius, *c. 2. & 3. de conceſſio. præben. c. ex tenore, eod. c. deteſtanda. c. auaritiæ, eod. in 6.* ad euitandas ambitiones, & habendi impias cupiditates, votumq; improbatum mortis captandæ, ſi de viuentis bonis fieret donatio. Vt in iure etiam ciuili exoſę ſunt etiam iſtę donationes bonorum viuentiũ, & pacta de futura ſucceſſione, *l. fi. de pact. C. l. ex eo, C. de inut. ſtip. l. ſtipulat. hoc modo concepta, de verb. obl. in P. cũ ſimil.* vt ſuo loco Deo fauente tradetur *in ſucceſſio. ab initio.* Et qui ſcienter paſſi ſunt, ſe in viuorum ſacerdotum locum poni, ab eccleſiaſtica communione pelluntur, *c. 1. de conceſſ. præbend.* & deponuntur, *can. in primis, 2. q. 1. & can. cum qui. & can. non furem, 7. q. 1.* niſi viui iuſta aliqua ratione depoſiti ſint legitime. *can. eos. 7. q. 1. can. poſtquam, 70. diſtin.* vel impetrentur per incapacitatem, vel alio modo, quam per obitum. Huc tamen non pertinent nominationes, academiarum, reſeruationes, gratiæ, mãdata, de quibus paulo ante dictum eſt, quæ dant aliquod ius ad beneficia vacatura: nam illa non ſunt proprie de beneficio perſonæ viuentis, cum non reſpiciant certum poſſeſſorem, & multa ſint genera vacandi alia, quam per obitum, per quę poſſunt effectum prouiſiones illę ſortiri. Nos autem de beneficio poſt mortẽ alicuius certi, & ex morte illius obtinendo, agimus nunc.

3 ❡ Et † exſtat regula cancellariæ 28. quæ dicitur de veriſimili notitia, ad euitandas fraudes in beneficiis, & vt ambitioſis via pręcludatur, & conſciẽtiæ puritas adſit. *iſtæ rationes ponuntur in proœ. reg. huius, dum publicata fuit a Ioan. 23. ſum. Pontif. Gomeſ. in illam reg. in præfat.* Qua cautum, vt impetrationes beneficiorum cuiuſcunque generis, non poſſint impetrari a ſummo etiam Pontifice, ex obitu quarumcunque perſonarum: niſi poſt obitum, & ante gratiam ſeu impetrationem, tãtum temporis effluxerit, quod interim vocationes ipſæ, de locis in quibus perſonæ prædictæ deceſſerint, ad eiuſdem Pontificis notitiam veriſimiliter potuerint peruenire. Quę regula recepta eſt in Gallia pro lege, aduerſus quã nec Papa in regno diſpenſat: & ita iudicatum, *Pap. in Rhapſod. areſt. lib. 3. tit. 4. areſto. 1. & 3.* vno caſu dempto, nempe ſi qui mortuus eſt, ante reſignauerit ſeu eiurauerit beneficium in fauorem eius, qui miſit Romam, & obtinuerit beneficium in vim reſignationis cum clauſula, vel alias quouis modo vacet, etiam per obitum eiuſdem reſignãtis, & cum derogatione regulę de veriſimili notitia. Nam tunc mortuo renuntiante ante impetrationem etiã breui tempore, & ante tẽpus quo fieri nequit, vt veriſimiliter tũc peruenerit notitia ad ſummum Pontificem mortis, tempore impetrationis, valet impetratio illa per obitum, etſi per regulam 18. cancellariæ de infirmis reſignantibus & morientibus intra viginti dies, renũtiationem impugnet. Et ita iudicatum ſæpe, eo quod hic impetrans per reſignationem & obitum iuſtum habeat principium, nempe reſignationem, quod tollit ſuſpicionem captandę mortis: facta tamen numeratione dierum a tempore, quo quis ad curiam ſummi Pontif. arripuit iter, vſque ad tempus prouiſionis vel admiſſæ renuntiationis. Vt illud tempus ſit legitimum, etſi a die illa itineris cœpti non ſit veriſimilis notitia obitus tempore prouiſionis: ſi modo appareat tempore exhibitæ procurationis, vel die præcedente mortuum eſſe renuntiantẽ, *ita iudicatum refert Papon. lib. 3. tit. 4. Rhapſod. areſto. areſt. 2. & 5. Rebuffus in §. declarantes, ad verb. iure præuentio. de collat. in concord. Et nota, quia contrarium alias iudicatum in Rota. Et hanc quæſt. late examinat Gomeſius, in reg. de veriſimili notit. q. 3.* dolo & fraude, & aliis impedimentis ceſſantibus.

4 ❡ Habetque † locum hæc regula de veriſimili notitia in ordinariis, vt non poſſint per obitum conferre, priuſquam veriſimiliter potuerint cognoſcere eum mortuum, ob cuius mortem cõferunt: eædem enim rationes in ordinario locum habent, quæ in ſummo Pontifice. Et ita iudicatum Tholoſæ in Senatu, & Pariſiis. *Pap. d. lib. 3. tit. 4. art. 6. hoc etiam tenet & diſputat & ſoluit cõtrariam ſententiam in reg. de veriſim. notitia obitus, q. 1. Decius conſi. 398. incip. in cauſa domini, col. final. Ioan. Franciſ. de Sancto Nazario de Ripa. conſil. 1. poſito in tit. de legib. & longa conſuet. Ante omnes gloſſator antiquus pragm. ſanct. tit. de collatio. in ver. faciendas.* Idemque obtinere in legato ſummi Pontificis tradit gloſſ. antiqua in prædictam regulam 28. Quia conuenit ſaluti animæ hæc regula, & iuri communi, ne captetur mors alterius: ideo extendenda, & doli, qui in fraudem iſtius legis fiunt, circumcidendi ſunt. Quales hi, qui fiunt in curia Romana, vt cum aliquando veniente curſore, is obtinet quidem ſignaturam, ſed & poſtea ſingulis diebus impetrat alias: vt poſt obitum veriſimili notitia mortis habita, impetraſſe videatur. Quod tamen ſi detegatur, infirmandum, vt in fraudem factum erit.

❡ Porro † veriſimilitudo illa metienda eſt ſpatio itineris, a lo- 5 co vbi mortuus eſt, vſque ad locum vbi collatio facta eſt, num veriſimiliter nuntius mortis eo tempore potuerit peruenire a die vero obitus. Quare hic iudices locorum interſtitia perpendere debent, ſi poſſit ita celeriter nuntius peruenire communi natura, vel ratione expeditioris curſoris. Sunt enim aliqui curſores, qui expeditius aliis itinera peruolant, diligentiaque maiori perficiunt. ❡ Vt † memorat Suidas, *in Indaco.* Indacum quendam fuiſ- 6 ſe ſub Leone Cæſare Martiani ſucceſſore, læua manu robuſtiorem, ſed valentiſſimis pedibus & celeritate præſtantem, velociorem Euchide, Aſſopo, Chryſſomanſo, & Echione, & aliis, qui celeritate pedum celebrabãtur. *Is enim,* inquit, *in eundo conſpiciebatur, & rurſum euaneſcebat fulguris inſtar per præcipitia, non currenti magis quam volanti ſimilis, quam enim viam, homo mutatis equis perficere non poterat, eam hunc pedibus ſuis perficere aſſerebant.*

❡ Narrat † & idem Suidas, *in Hippia,* Philippidem curſorem no- 7 cte vna mille quingenta perfeciſſe. Et *idem in verb.* Σῦτλον, Heraclitum Perineum ob celeritatem in admiratione fuiſſe: vnde & prouerbium de vſura: Σῦτλον ὁ τόκος ἡρακλείτῳ περινέῳ τρέχει, id eſt, *celerius currit vſura Heraclito Perineo.* Inuenit Theodoſius Imperator, teſte Caſſiodoro, *Officior. lib. 14. ſacræ hiſtor.* quendam virum, animo habituque corporis fortiſſimum, qui tanta velocitate veredos agebat, vt tribus diebus peruenerit ad terminos Romanorum & Perſarũ, & rurſus totidem remaneret Conſtantino- polim. ❡ Vult † cõſtitutio Henrici II. regis, *de la reformation des* 8 *prouiſions des benefices, anno 1550. menſe Iunii, artic. 9.* vt menſarii, quos banquarios vocant, teneantur ſcribere in regiſtro diem & horam, quibus curſores beneficiorum ad Romanam curiam, vel legatos impetraturi beneficia proficiſcuntur. Itaque ſi curſorum probetur in indiuiduo diligentia, certe veriſimili notitiæ non erit locus, ſed veritati: vt puta, ſi doceatur tẽpore mortis in eo loco curſorẽ fuiſſe, vbi mortuus, & tempore mortis, & eundẽ curſorem ad locum, vbi impetratio facta eſt, perueniſſe. Ideo veriſimilitudo accipitur hic, non de celeriore expeditione probata: vt ſi aliquando aliquis eo peruenerit intra breuiſſimum tempus, non etiam de ſegniore, ſed quod fieri, vt plerumque ſolet maritimo vel terreſtri curſu diligenti, per curſores, *hoc explicat Gomeſ. in d. regu. de veriſim. noti. q. 5.* publicos diſpoſitos, vel priuatos, permutationes frequentes equorum. ❡ Quorum † inſtitutum, & anti- 9 quum, & vtile eſt, quodque & tribuit Cyro Xenophon, *lib. 8. Cyripæd.* Herodotus, Xerxi, *in Vrania.* Sueton. Auguſto, *in Auguſto.*

❡ Demitur † tamen ex veriſimili notitia, tempus quo dolo 10 malo poſt mortem beneficiati, cadauer vel corpus eius celatum eſt, nam ſi quis ita celauerit, vt interim poſſet Romam mittere ad impetrandum beneficium mortui per obitum, & præuenire ea arte ordinarium, non recipitur impetratio, niſi a tempore, quo cognitus fuit obitus, & ita iudicatum. *Pap. lib. 3. Rhapſod. areſt. tit. 4. artic. 4. & tit. 10. Areſt. 1.* Ne quis ex ſuo dolo lucrum conſequatur. *c. ſedis Apoſtolicæ, & c. ex tenore, de reſcript.* Quod & arbitror verum, ſiue is qui obtinuit, ita reticuerit in fraudẽ, ſiue ex fraude illa, alius obtinuerit: aliter non. *arg. l. 1. ſi quis aliquem, de teſt. prohi.*

❡ Accedit † ad ſuperiora alia regula cancell. 20. *hanc fuſe expli-* 11 *cat Gomeſ. in reg. de impetrantib. beneficia viuent. Felin. in cap. in noſtra, in 37. correlatiuo, de reſcript. De Selua in tracta. benefic. 3. part. q. 12.* per quam ſtatutum, vt ſi quis ſupplicauerit ſibi de beneficio quocunque, tanquam per obitum alicuius, licet tunc viuentis, vacante prouideri, & poſtea per obitum eius vacet, prouiſio dicto ſupplicanti per obitum huiuſmodi de nouo facienda, nullius ſit roboris vel momenti.

❡ Ergo † ſi beneficium impetretur, vel conferatur per mor- 12 tem alterius, oportet conſtitiſſe de morte eius: in aliis etiam conferendis oportet vacent, antequam conferantur. Cum viuentes alioquin ſuo iure non ſint ſine cauſſa, vel facto ſuo priuandi. *reg. 6. cancellariæ, de non tollen. iure quæſ. alter. 28.* Et reſcripta principum, vel aliorum cenſentur conceſſa ſine præiudicio alterius, *l. 2. §. ſi quis a principe. ne quid in loco public. in P. l. nec auus, C. de emancip. c. quamuis. & c. ſi propter. de reſcr. in 6. etiam ſi motu proprio*

concedantur. *gl.in clem.ſi Romanus,de præbend.facit l. 2. & l.reſcripta, de prec.Imper.offer. C.* etſi preces veritate nitantur. *l.fin. de diuerſ.reſcript.lib.1.C.tit.26 c.2.de reſcript.ap.Gregor.*

13 ¶ Deinceps † beneficia dari pure, palam, libere, & ſine diminutione, *tot.titul.de eccl.benef.ſine quaq; diminu.confe. c.de monachis,c.auaritiæ,de præb.c.grauis,c.prohibemus,de cenſib.* pure, id eſt, ſine pacto & conditione, *c.fin.de pact.c.cum pridem,eod.can.quam pio,1.q.2.can.per laicos,16.qu.7.* ne ſimonia locum habeat, quam puniri valde diximus in criminibus, dum de ſacrilegio egimus.

14 ¶ Si † palam non fiat, ſuſpecta eſt collatio in illis, in quibus de fraude dubitari poteſt, *c.vni.§.porro,vt eccleſ.benef.l.non exiſtimo, de adminiſt.tut.can.clericus,*81.*diſtinct.* in aliis nequaquam: dummodo teſtibus præſentibus fiat, & ſecretario, vel duobus præſentibus tabellionibus, vt cautũ fuit Senatuſconſulto Pariſienſi anno 1527. 7. Iunii. *Rebuff.in rubr.de collat.in concord.in 4.editio.*

15 ¶ Quare † & lata eſt regula cancellariæ 34. de publicandis reſignationibus ad vnguem in Gallia obſeruata, *idem in Prax.benef. part.3.rubric.de reg.de public.reſign.vbi rationes adfert, pluraq; Senatuſconſulta ſecundum eas collecta ap.Papum, lib.3.tit.1.* qua cauetur, vt renuntiatio beneficii facta in curia Romana, publicetur in loco beneficii intra ſex menſes: ſi extra curiam, intra vnum menſem, a tempore bullæ expeditæ, non a tempore conſenſus procuratoris reſignantis ad expeditionem illarum computandos, & intra id tempus is, cui renuntiatum eſt, adiſpiſcatur poſſeſſionem, alioquin ſuppreſſio illa collationis ſeu renuntiationis præſumitur fraudulenta. Et ſi poſt ſex menſes, vel vnum, & ante publicationẽ reſignans moriatur in poſſeſſione, beneficium dicatur vacare per eius obitum, nec ex renuntiatione ius competat. Obſeruandum tamen hanc regulam locum habere, ſi poſt vnum vel ſex menſes reſignans moreretur, & poſt mortem vellet in vim renuntiationis reſignatarius vti titulo. Nam ſi poſt vnum aut ſex menſes viuat reſignans, nihil intereſt quo tempore publicet eiurationem, etiamſi poſt triennium vel amplius publicata fuerit, dummodo viuente reſignante publicetur, vt ſæpe iudicatum fuit. *Pap. libr.3. areſt.tit.l.1.arreſt.2.& 6.Roman.conſ.337.incip.Quoad primum.col.*
16 2. ¶ Sic † electiones clandeſtinæ reprobantur. *c.quia propter,§.fi. de elect.* Forma publicandi reſignationes & prouiſiones ſeu collationes beneficiorum in conſtitutione Henrici II. 23. Iulii, ann. 1550. tit. *de la reformation des prouiſions des benefices, notaires Apoſtoliques*, &c. art. 13. & 14. Vt ſi de beneficiis collegialium eccleſiarum agatur, fides fiat adeptionis poſſeſſionis per ſecretarium ſeu ſcribam capituli: vel in refutum capituli, per notarium cum duobus teſtibus. In aliis autem, vt fiat publicatio in ſuggeſtu eccleſię beneficii, in mercatibus, & conuentibus publicis illius loci, aut per inſinuationem factam quæſtoribus ſacris eccleſiæ, operariis, parochianis: vel etiam inſinuatis titulis collatoribus, ordinariis: & patronis.

17 ¶ In † ſumma formulæ acquirendorum beneficiorum duæ ſunt, ad quas aliæ referri poſſunt: nempe electio & collatio, quæ inſtitutio aliquando dicitur. *c.cum in illis, de præb.in 6.c.auctoritate, de inſtitut.* Electio locum habet in prelaturis collegiatarum eccleſiarum, fitque ab ipſo collegio ſeu capitulo. *c.1.c.ne pro defectu, de elect.c.cum pro eccleſia, de cauſ.poſſeſ.§.1.de elect. in pragma.ſanct.*

18 ¶ Vnde † ſecundum Goffredum, electio eſt, alicuius perſonæ idoneę ad dignitatem vel ſocietatem, ſodalitiumve ſacrum canonice, & ſeruata forma, facta vocatio. *accedit limita.in c.vni.in ver. vera,de poſtul.præla.in 6. & probat c.cum in cunctis, c.cum eccleſia Vulterana, c.quia propter, de electi. c.cum olim, de arbit.* Electio cõplectitur poſtulationem & nominationem, & ſine his factam vocationem, quæ electio dicitur: & magis late & improprie collationem, quandoque & præſentationem. *Feder.de Senis,conſil.70. incip.Factum eſt tale,col.fin. Rochus tracta.de iur.patron.col.6.facit, c.cum eccleſia Vulterana, de elect.* Poſtulatio ad beneficia eſt præparatiua electionis. *colligo ex c.1.de poſtul.præl.in 6.ex c.innotuit, c. 30.de elect.apud Greg.* Atque prout in re beneficiaria accipitur, omiſſis aliis poſtulationis acceptionibus.

19 ¶ Poſtulatio † eſt concors capituli, vel aliorum petitio, ſuperiori facta de promouendo aliquem in prælaturam, qui propter aliquod impedimentum vel defectum, quo tamen poſtulatus omnino non eſt inhabilis, iure communi eligi non poterat. ¶ Po-
20 ſtulant † qui eligere poſſunt, omnes, vel maior eorum pars & ſanior, *c.3.de poſtu.præla.c.innotuit,§ fin.de elect.arg.can.1.2.3.65.diſtinct.* qui poſtulatione ſemel ſuperiori præſentata, non poſſunt reſilire ab ea, ſed ſuperioris exſpectant reſponſum. *c.bonæ memo-*
21 *ria,in 2.de poſtul.præl.* ¶ Habetque † admiſſa poſtulatio vim electionis, vt alia opus nõ ſit, poſtulatione admiſſa ab eo, qui ius confirmandi habet. *Hoſtien in ſum.in d.ti. de poſtul.præl.in § quis ſit effectus, per d.ca.innotuit,§.fi. de elect.c.bonæ,in 2.§.fi.de poſtul.præl.& 10. 23.diſt.* Sola tamen poſtulatio ius non tribuit poſtulato: quia poteſt improbari ſeu reiici per ſuperiorem, ſi illi videatur: & ſi approbet, id ex gratia pendet, & fit. *c.3.& pen.de poſtul.prælat.* Niſi forſan is poſtulatus valde ſit idoneus, & ſuperior ſuperiorem habeat, ad quem recurri poterit, vt eius poſtulationem cogat eum admittere. *gl.in c.3.in verb.quam gratiam, eo.per c.nullus, de iure patro.* ¶ Poſtulantur † autem, vt ſi initio notat, quibus oportet ſup- 22
pleri vt poſſit eligi, quendam defectum eius quod deſideratur in electo, vt ætatis, *c.cum nobis olim,§.pen.& fi.de elect.c.dudum, in 1.§ fi.eo.tit.c.a multis, de æta.& qualit.*natalium, *c.innotuit,§ fi.de elect.* quod ſit alterius diœceſeos clericus, *c.priuatus,71.diſt.* non autem ſi emendatio vitii vel incapacitatis omnino poſtuletur. *c.1.& 2.de poſtu.præla.c.ſcriptum eſt, de elect.* ¶ Ideo † ſit hęc regula firma, po- 23
ſtulationem ei ſuperiori fieri tãtum, qui poſſit ſupplere, & ita diſpenſare & gratiam facere, aliter inutilis eſt. Veluti clericus a ſuo prælato ab altera diœceſi peti debet, *can.literas,63.diſt.can.electionis,86.diſt.c.fraternitatem,71.diſt.* ſic in ſimilib. Neq; ante admiſſam poſtulationem, poſtulatus vt electus ſeu inſtitutus recipiendus eſt: alioquin electores, qui id commiſerunt, priuantur poteſtate eligendi. *c.bonæ memoria,c.23.de elect.*

¶ Nominatio, † eſt duorum, trium, vel plurium, vt idoneorum 24
electionis cauſſa delectus, *can.1.85.diſt.Archid.in c.nulla, de elect. in 6.& c.quanto,col.2.63.diſt.* vt & expreſſio. Nominatio certitudinem perſonarũ, vel per nomen & cognomen, vel alio modo, vt intelligantur, ſine dubio demonſtrat. *l.1.& ſeq. de libe.& poſthu. in P.l.certum,ſi cert.pet.* Dico, duorum vel plurium: quia & vnus interdũ poteſt nominari, ſed illius nominatio eſt potius electio, ex qua acquiritur ius aliquod nominato. *c.cum olim, de re iudi.gl. in c.quanto,63.diſt.& in c.contra,16.q.7.* Sic hodie rex ex conuentionibus Gallicis debet nominare Papæ vnum grauem magiſtrũ ſeu licentiatum in Theologia, aut iurium Doctorem, aut in altero iurium Licẽtiatum, & legitimæ ætatis, ad prælaturas & alia beneficia maiora electiua, *§.5.de reg.ad præla.nomina.* iuxta formam c.quia ꝓpter, de electio. Huiuſmodi nominatio eſt, ea electio, quę fit tractatu & deliberatione ante habita in creãdo rectore, & decurionib. *vt in §.præterea vt iudi.ſine quoq.ſuffra.in auth.l.nominationes,C.dẽ decu.lib.10.tit.de peric.nominat.eo.lib.* quæ tribuit ius licet aliquando non ſit perfectum, ſi confirmatio petenda vel appellatio ſit interpoſita: vt ex cauſſa, poteſt aduerſum nominationem intercedi. *vt in l.vni.ſi prop.inimic.fac.ſit crea.lib.10.C.l.vni. de potio. ad nume.nominat.eod.lib.C.* ¶ Nominant † academiæ ad be- 25
neficia vt idoneos, plures graduatos, quibus debẽtur ea beneficia, quæ certis & definitis menſibus vacant, *§.volumus,& §.præterea,& §.monemus,de coll.in concor.* vt etiam ante diximus. Ideo horum nominatorum nominatio dicitur ius quoddam, nominato legitime qualificato, beneficia certo tempore ei præſtituto vacantia, petendi & acceptandi, competẽs, vt definit & explicat Rebuff. *in tract.nominat.q.4.& ſeq.& probatur per d.§.præterea,§.præfatiq; ordinarii, de collat.* ¶ Poſtulatio † affinis videtur nominatio- 26
ni: quia vt plerumque ante præſentatam vtramq; in vtraq; admittitur variatio, poſtea nequaquam. *c.bonæ,in 2.de poſtu.præla. Calde. conſil.5.incip.An nominatus,rubr.de elect. Barth.in l.abſenti, de donat.in P.* Sicut nec electione publicata, eandem non licet mutare electoribus. *c.publicato,de elect.* Tamen in poſtulatione pro defectu aliquo, & vnius fit delectus, & præſentatio in nominatione plurium vel duorum, inter quos & primo nominatus cẽſetur dignior, *c.quorundam,de elect.in 6.* quibus nec poſtulatio conuenire poteſt. *c.1.de poſtul.præla.in 6.ca.innotuit,de elect.ap.Greg.*

¶ Electio † ex modis legitimis præcipuus eſt, quo beneficia 27
conferuntur: nemo enim ſibi ſumere debet honorem, niſi vocatus a Deo, tanquam Aaron. *c.qualiter,de elect.* Fitque ex pluribus: nam vbi vnus tantum, vix electio ſaltem proprie dici poteſt. *Panorm.in c.cum eccleſia Vulterrana,not.2.de elect.c.1.eod.can.congregatio,16.q.1.*

¶ Vocatio † porro hæc legitima, in triplici forma eſt. *ca.quia* 28
*propter,42.diſtinct.c.quia propter,de elect.* Antiquior eſt per ſpiritus Sancti inſpirationem, quæ imitatur Dei, Domini noſtri Ieſu Chriſti electionem diſcipulorum & Apoſtolorum. *Matth.10 Lu. 6. Marc.3.& 6.* Et eam, quam Apoſtoli vndecim de duodecimo in locum Iudæ Iſcariotidis fecerunt. *Act.1.* Hæc videtur ea eſſe, in qua omnes eligentes communiter in electione ſine vitio celebrata, in vnum conſentiunt, *ca.quia propter,§ niſi,de conceſſ.præb.*

nempe

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

nempe tractatu prius habito. Quemadmodum vnanimes Chriſtiani elegerunt ſeptem diaconos, tempore Ap. ſtolorum, *Act.6.* & ipſi eccleſiæ maiores Paulum, & Barnabam, Silam & Iudam. *Actuum 15.*

29 ¶ Secunda † electionis forma per viam ſcrutinii, *d.c.quia propter*, in qua moris eſt omnibus eligentibus in vnum conuocatis, ab iis tres deligi ex collegio, qui exquirant ſeu ſcrutentur vota, ſingulorum ſeparatim, & ſecreto, eaque per ſe vel tabellionem ſcribant, & poſtea publicent, publicata conferant, & numerent vota. Quibus peractis, vnus de capitulo omnium nomine ſeu capituli, per verba numeri ſingularis eligit eum, *c.ſicut, c.21.de electi. in 6.* in quem maior & ſanior pars capituli conſenſit, *c.dudum, & c.eccleſia veſtra, de electio.* non quem minor pars elegit, quamuis maior pars poſtea ſubſequentem conſenſum ratificauerit. *c.auditis, 29.eod.arg.cano.quanto, & can.plebs, 63.diſtinct.can.licet, q. . c. in Geneſi, cap.quia propter, de election.* Nam ratificatio conſenſus in electione tantum recipitur in his, quæ præcedunt & ſequuntur electionem, *clem.in cauſſis, de elect. c. cum dilecti, §. verum, de teſti. c.bonæ, in 2.§.fin. de poſtul.præl.* non quæ ipſam reſpiciunt: in ſingulari enim conſenſu diuiſio videtur ineſſe.

30 ¶ Tertia † eligendi forma compromiſſi, quando per compromiſſum aliquibus iure idoneis clericis, *c.cum contingat. de arbitra.* conceditur eligendi poteſtas, *dict.c.quia propter, de elect.* vel determinate, veluti ea lege, vt compromiſſarii eligant ſecundum vota ſingulorum, quæ ſcrutari tenebuntur, *cap.cum dilecti, eod. cap.cum expediat, eod. in 6.* aut alio modo: vel abſolute compromiſſo in eos facto. Qui per vnum quoque electionem declarant *cap.ſicut, in 1. de electio.in 6.c.cum ab vno, de re iudic.in 6.* eius, qui vicit numero votorum, *cap.ſi cui, ca.23.de electio.in 6.* Nec reuocari poteſt hæc poteſtas compromiſſis data re non integra. *ca.in cauſſis, ca.30.de elect. apud Grego.* Sicut & perfecta a compromiſſariis electione, compromittentes tenentur admittere electum ab illis, niſi contra formam compromiſſi appareat electum. *ca. cum dilectus, c.32.eod.*

31 ¶ Iſtarum † trium electionum formula vna neceſſario adhibenda eſt in prælatis, & epiſcopis eligendis: in minoribus autem beneficiis electiuis, iſtæ ſolemnitates ad vnguem ſequendæ non ſunt, ſed ſufficit maiorem partem & ſaniorem eorum, qui eligere debent, conſenſiſſe in electum. *gloſſ.in d ca.ſi cui, de elect. in 6. in verb.concilium.*

32 ¶ Omnibus † ſcilicet electoribus conuocatis: nam facta electio non vocatis omnibus, etiamſi vnus tantum omittatur, irrita eſt. *c.bonæ memoria, in 2.c.36.ca.quod ſicut c.venerabilem, de electi. apud Grego.c.cum olim, de arbitr. cap.obeuntibus, 63. diſtinct.* Qua non obſtante poterit fieri ſecunda electio. *c. conſtitutus, de appell.* Et ita vocandi illi, qui commode vocari poſſunt, *c.in Geneſi, c.bonæ memoriæ, de electio. c.cum in eccleſiis, c.33. de præben. in 6.* vt qui ſunt in prouincia, *d can.quia propter, vide can.factus eſt, 7.q.1.* niſi periculum ſit in mora, ſi prouincia latius pateat, quam expectari vocandos patiatur eligendi neceſſitas, *c.cum inter vniuerſas, de elect.* vt quia tempus ad eligendum poſſet elabi. *vt in cap.ne pro defectu, de elect. & latius ſupr.* Adhibendaque erit & conſuetudinis in eligendo antiqua obſeruatio, num vocentur abſentes. *gloſſ.in c.*
33 *eorum dilecto, c.35.in verb.in prouincia de electio.* ¶ Sicuti † & quando de loco, vbi fieri ſolita eſt electio, quæritur, *ca.cum terra, de electiom.c.in cauſſis, cap.auditis, capit.in Geneſi, eod.tit.* Quamuis ho-
34 neſtius eſt fieri in eccleſia. *cap.qua fronte, de appellatio.* ¶ Erant † antiquis etiam conſuetudines aliæ circa electiones, vt fierent vel ſcriptis breuibus, vt apud Occitanos, *Boer. q.1.num.6. & 19.* vel ſorte, vt electus ſorte D. Matthias: prohibita deinceps in eccleſiaſticis electionibus. *c.fin.de ſortile. & ibi Doct.lib.5.Decretal.tit.21. can.non ſtatim, & can.non exemplo, 26.quæſt.2.* Exemplaque inſpiratione diuina perfecta, in conſequentiam trahi non debent, vt deinceps temeritatiæ & caſuali committantur improbitati, etſi in litibus dirimendis, & vbi æqua iura concurrunt, pacis cauſſa permittantur aliquando ſortes. *l.ſi cum ambo famil.erciſcund.in P. l.ſi qui ſunt, C.commu.de legat.*

35 ¶ Breuiter † per anacephalæoſin, in electionibus conſiderabimus beneficia vacantia, perſonas, & actum eligendi. Beneficia debent eſſe electiua, non alterius generis: rurſum, maiora electionum aliquam formulam c. quia propter, de electio. exigunt, alia non tantam. In Gallia electiones ad prælaturas ſublatæ ſunt, & poſtulationes, & ius eorum ad nominationem regiam tranſlatum eſt, §.1. *de reg. ad prælat. nominat.* in aliis aliquando receptæ. In perſonis conſideramus eligentes, & eligendo, vt ſint idoneæ. Quibus porro non inhibetur, electio expreſſe, permiſſa eſt. Prohibetur itaque laicis, etiam regibus & principibus in beneficiis. *can.ſi quis deinceps, 16.quæſtion.7.ca.Meſſana, de electio. ca. laici, ca.nullus, ca. Adrianus, ca. Valentinianus, 63.diſtinct.* Aliquando tamen propter ſchiſmata & ambitionem eccleſiaſticarum perſonarum, & ob populi temeritatem, & duram ceruicem, & odium in eccleſiaſticas perſonas, potiſſimum naſcente eccleſia, cleri & populi adhibitus eſt conſenſus & teſtimonium, vt omnibus epiſcopi & clerici probarentur, *ca.plebs, & can.ſeq.ca.fin. 63 diſtinct. in nomine, 23.diſtinct.* vt alibi ſuperiori libro diximus in epiſcopo.

¶ Sic † apud Ethnicos pontifex maximus, & rex ſacrificulus, 36
& flamines a populo creati ſeu electi: pontifex quidem, tributis, comitiis: rex, centuriatis: flamines, curiatis: tum cum reliqui ſacerdotes a collegiis cooptarentur. Quos omnes poſtea Cneus Domitius ad comitia populi tributa tranſtulit anno ab vrbe 651. Mario & Oreſte Coſſ. Cuius legem poſt a Sylla ſublatam, & iterum a Tito Labieno tribun.pleb. Cicerone conſule relatam, iterum M. Antonius conſul poſt Cæſaris dictatoris necẽ abrogauit. Qua in ſequenti anno, vna cum ceteris Antonianis legibus, Senatuſconſulto ſublata, res iterum ad populi comitia rediit. *vide Manut. in ſuo lib. de legib. & Carol. Sigoni.libr.de antiqu.iure ciuium Roman.cap.9. Poſt deceſſum Iulii Cæſaris,* inquit Dio Caſſ. *lib.44.hiſtor. veritus Lepidum M. Antonius, ne in actiones ſuas inquireret. Pontifex maximus conſtituit: quod vt facilius efficeret electionem ſummi Pontificis iterum a populo ad Pontifices tranſtulit.* Auctor Dionyſius Halycarnaſſeus, *lib.2.* ex lege Romuli cautum, vt a curiis ſingulis ſacerdotes eligerentur. Et hoc ipſum inter Chriſtianos aliquando populo, aliquo modo conceſſum diximus. Verum paulo poſt rerum experientia docuit, quantum corruptionis, & vanitatis, & temeritatis eſſet in populo: & ideo nec eius voces eſſe admittendas placuit, *c.2.de elect. ca.ſi ergo, 8 q.1. cap. decernimus, 16.quæſt.7. l.decurionum. C.de pœn.* neque eius requiri conſenſum, niſi forſan poſt electionem, vt probet, admittatur.

¶ Principibus † aliquid iuris ex priuilegio & propter beneficia 37
in eccleſiam Apoſtolicam conceſſa, indultum eſt, potiſſimum Gallicis, vt Archiepiſcopi electi & epiſcopi, ſuarum prouinciarum ab illis inueſtituram acciperent. *can. Adrianus, & ſeq.63. diſt. c.hinc eſt etiam, 16.quæſt.1.* Vtque occurreretur hæreticis, & tumultibus, neve præponerentur illis inſcii, qui regno inſidiari poſſent. Hoc ipſum priuilegium & ad Hiſpaniarum regem prorogatum. *can.cum longe, 63. diſtinct.* Verum electio illis partim ademta, partim ab illis ſponte eiurata, *c.ego Ludouic.ead.diſtinct.* & canonicis, capitulo, & religioſis eccleſiarum conceſſa, *can.ſacrorum, eod.* legibus illis impoſita, & formulis ex variis capitulis, de quibus ante dictum eſt, & nupertime ex concilio Baſilienſi titulo de election. Quibus tamen derogatum in Gallia concilio Lateranenſi, concordatis ſummi Pontificis & regis in prælaturis, in §. 1. de regia ad prælat. nominat. non in aliis electiuis. *Rebuffus*
*in §. monaſteriis, in ver. capitulis, de reg. ad præl. nomina. in concor.* 38

¶ Et † hodie etiam reguli Andium, & Alenconius hac nominationis prærogatiua vtuntur in ſuis ditionibus, regis permiſſu, ſed ita, vt huius nomine ac poſtulatione diploma Pontificum poſtuletur. *Chopin.de doman.lib.2.tit.1 c.*

¶ Ceſſerat † & huius nominationis rex Galliarum in conſti- 39
tutionibus comitiorum Aureliæ habitorum artic. 1. epiſcopis & archiepiſcopis, quibus permiſſa electio, nempe vt vacãte epiſcopatu nominarentur per Archiepiſcopum prouinciæ, capitulum, per 12. nobiles electos ab vniuerſis diœceſeos nobilibus, & per duodecim ciues delectos a reliquis ciuitatis epiſcopalis ciuibus, vel archiepiſcopalis, ſi de archiepiſcopatu ageretur: & per alios eius archiepiſcopatus epiſcopos, in vnum coactos, nempe tres viri idonei & ſufficientes regi, qui ex illis vnum nominarent ſummo Pontifici. Verum illa conſtitutio malo maximo regni contemnitur, & ſine electionis huius formula rex, vt antea, nominat
ſum. Pontifici prælatos. ¶ Sed † hæc nominatio alterius iuris eſt, 40
quam electionis, in qua id firmum, laicos non poſſe eligere, nec hæreticos, *can.fin.9.q.1.* ſuſpenſos, *c. cum dilectus, §. quia vero, de conſuet. c.cum bonæ, de æta. & qual.* quibus interdictum ne eligant abſque ſuperioris auctoritate. *c.fin.de elect.* Qui ſemel indignum ſcienter elegerunt, nõ repetunt etiã electionem. *c.cum in cunctis, c.innotuit, de elect.* Nec eligunt negligẽtes, poſt tẽpus eligendi elapſum. *c.ne pro defectu eo.* Item nec excommunicati maiori excommunicatione, *c.conſtitutus. de appell.* aliter ſi tantum minori, *cap. fin. de cleric. excommun.* item interdicti, *ca. cum inter, de electio.*

vel qui ſcienter ſine priuilegio in loco interdicto celebrarunt. c. is qui, de ſent. excom. in 6. Pupilli c. ex eo, de elect. in 6. in eccleſiis cathedralib. qui non ſunt ſubdiaconi, non habent vocẽ in capitulo, vel in electione, c. vt hi qui, de ætat. & qualit. in clement. nec in eccleſiis regularibus, qui regulam expreſſe vel tacite profeſſi non ſunt, c. ex eo, de elect. in 6. nec conuerſi, Federic. conſil. 107. per cap. & ſi Chriſtus, ibi vos & conuerſi, quod eſſet fruſtrator, & c. de iureiurand. non procuratores nomine abſentis iuſte impediti, ſi habeat votum ſcriptum, aliter contra. c. ſi quis, de elect. in 6.

41 ¶ Perſonę † autem quæ non poſſunt eligi, generaliter illę ſunt, quæ beneficia illa, ad quæ eliguntur, poſſidere nequeunt. Sic non eligitur illegitimus, c. cum in cunctis, de electione, capit. innotuit, eo. excommunicatus maiori vel minori excommunicatione, ca. ne conſtitutis, in 1. ad appel. capit. final. de cleric. excomm. laicus, capit. quiſquis, de electi. niſi ex cauſſa, canon. ſtatuimus, §. 1. 61. diſtinct. ſuſpenius interdictus, c. 1. de poſt præl. capit. cum dilectus, de conſuetu. capit. cum inter. de elect. alias ex vitio reprobatus, capitul. gratum, de poſt. prælat. capitul. ſuper eo, de elect. neophytus ſeu non profeſſus, ſi de regulari eccleſia agatur. capitul. cum cauſſam, capit. cum in magiſtrum, capit. ad noſtram de election. capit. nullus, eod. in 6. clemen. cum rationi, eod. canon. miſerum, 61. diſtinct. In epiſcopum tamen eligi poteſt nouitius. d. c. nullus, de elect. in 6. Neophytus tamen in fide, qui nuper fidem amplexus eſt Chriſtianam, can. ſicut, 48. diſtinct. in epiſcopum eligi vel ordinari non debet, ne in ſuperbiam erigatur. cano. 1. ead. diſtinct. 1. ad Timoth. 3. Nec is qui morbo contagioſo laborat incurabili, c. cum inter canonicos, de elect. c. tua, de cleric. ægrot. plura habens cum electiuo incompatibilia beneficia, c. dudum, in 2. §. inſuper, & §. pen. & fin. de elect. qui non eſt de eadem ſocietate & collegio, ſeu, vt dicunt, de gremio eccleſiæ vacantis, ſi in ea ſint idonei, c. ne pro defectu, in fi. a contrar. ſent. de elect. Hoc tamen de honeſtate, non de neceſſitate: nam & de alio idoneo electio facta valet. Hoſtienſ. in ſumma, in §. quis eligitur, de election. c. cum inter, eod. Non eligitur rurſum illiteratus in epiſcopum, can. epiſcopum non oportet 61. diſtinct. c. cum in cunctis de elect. c. niſi cum pridem, §. ne pro defectu, de renuntiat. non concubinarius, can. fin. 33. diſtinct. can. maritum, & ibi gloſſ. 34. diſtinct. & ex concilio Baſilienſi, qui actualiter, vt dicunt, id eſt, re ipſa in ſacris ordinibus non eſt conſtitutus.

42 ¶ Modus † eligendi, & actio ex formulis conſtat: ſed explico breuius, primum debet vacare eccleſia, & vidua eſſe paſtore, c. cupientes, de elect. c. vt circa, c. quæ ſint, eod. in 6. can. non furem, 7. q. 1. cano. Nouatianus, eod. & paſtor qui deceſſit ſepeliri, ante enim electio facta non valet. c. bonæ, in 2. & ibi gloſſ. de elect. Dehinc intra tres menſes ad electionem perueniendum. cap. ne pro defectu, & cum in cunctis, eod. can. poſtquam, 50. diſtinct. ca. obeuntibus, 63. diſtinctione. Debent in ea adeſſe qui ex capitulo vel collegio, & alii qui adeſſe ſolent, ca. in Geneſi, ca. in eccleſiis 2. ca. Cumana, ca. congregato, c. bonæ, in 2. de elect. c. cum eccleſia, de cauſ. poſſeſſ. c. conſtitutus, de appel. & ſi quem alium capitulum velit vocare, qui de iure intereſſe non poteſt, c. ſcriptum, de elect. vna oportet electuros conuenire. d. c. in Geneſi, c. quanquam, eod. Ideo qui in loco, vel ciuitate, vbi electio facienda eſt, degunt, vocantur vel citantur ad ſonitum campanæ, c. in cauſſis, eod. vel more ſolito, quo congregatur capitulũ. Abſentes canonici vocantur, vt in actu alio capitulari. auth. hoc ius porrectum, & ibi Bart. & Doct. de ſacroſanct. eccleſ. C. Quidam ſecundum tempus & loci intercapedinem in prouincia exſiſtentes, vocantur ad diem certam, & exſpectantur: ſi mora iuri electionis non præiudicet, & ſi commode vocari poſſint, c. cum in eccleſiis, de præben. in 6. c. cum inter, & c. ne pro defectu de elect. c. ſi ut, §. ſi autem, eod. idque per literas, vel per nuntium fit. gloſſ. in c. coram, & c. Cumana, de elect. monitione facta vt ad electionem veniant die & loco certis. Si non veniant abſentes iuſto impedimento prohibiti, vel ſine iuſto, conſentientibus aliis canonicis poſſunt per literas abſentes voces ſuas committere, c. ſcriptum cum gloſſ. & c. quia propter, de elect. c. ſi quis iuſto, eod. in 6. ſi modo committant vni de capitulo, d. c. quia propter, & ibi gloſſ. & Doct. nam extraneo non poſſunt inuitis canonicis præſentibus. c. conſtitutus, de appellation. Dico autem poſſe voces abſentes per literas committere, non per literas dare vel exprimere. c. ſi quis iuſto, in fin. & ibi interpret. de electio. in 6. Conuenientes itaque hoc modo legitimi electores, & eorum procuratores in eccleſia, ibi Spiritum ſanctum inuocent, ca. cum terra, de electio. & concilium Baſilienſe ideo audire debere eoſdem primum miſſam de Spiritu ſancto tradit. § 1. eod. in pragmat. ſanct. Quem humiliter inuocare debent, vt dignum paſtorem poſſint eligere. in extrauag. Ioan. 22. d. c. quia propter, §. niſi, de elect. Et proinde requirit eſſe eoſdem contritos & confeſſos, & ſacroſanctum Domini noſtri Ieſu Chriſti corpus præſumſiſſe. Ingreſſi conclaue, debent tractatum habere de modo futuro electionis, an per viam compromiſſi, an ſcrutinii, aut ſpiritus Sancti ſit facienda.

43 ¶ Et † ex concilii Baſilienſis forma iurabunt in manibus eius, qui capitulo præſidebit, ipſeque præſidens in manibus eius, qui proxime eum ſequitur: quod promittant Deo & ſancto, ſub cuius nomine dedicata eſt eccleſia, ſe electuros, quem credent futurum eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus vtiliorem, nec promiſſione, vel datione alicuius rei temporalis, vel prece, aut aliter qualitercunque directe vel indirecte facturos.

44 ¶ Dehinc † procedendum ad ſcrutinii vel compromiſſi formulas, vel via ſpiritus Sancti, vt ſuperius dictum eſt. In via ſcrutinii tres ſcrutatores de capitulo, d. c. quia propter. plures vel pauciores, dum tamen vnus ſolus non ſit, conſtituendi ſunt, & de eo conſcribi debet inſtrumentum publicum. hæc Bertachinus, tractat. de epiſcop. 1. part. 3. libr. num. 1. 2. & 3. Subinde ſcrutatores ſecedant ad angulum eccleſiæ, vel loci, ca. quod ſicut, de electio. ca. qua fronte, de appellat. eo ſeparatim compellant ſingulos vocem habentes, incipientes ab eo, qui primam habet electionem. ca. auditis, de electio. Ibique quemlibet moneant, vt ſemotis odio, timore, amore, pretio, prece, iuxta ca. accuſatoris, 4. quæſt. 5. & c. qualiter, 11. q. 3. in eum conſentiant, qui magis eccleſiæ vtilis, & idoneus videbitur, adiurãtes, vt id faciat per Deum viuum, & ſanctiſſimam Trinitatem, patrem, filium, & Spiritum ſanctum, ſub animæ ſuæ periculo. Reſpondetque tunc quilibet examinatus, credo talem eſſe meliorem, & eum nomino & eligo in paſtorem. Et hæc omnia in formam publicã redigantur. Poſtea ſcrutatores inter ſe conferre debẽt de meritis eligẽdi quę viſa ſunt canonicis, collatione facta numeri ad numerũ, zeli ad zelum, eligere debent eum, in quem maior pars capituli conſenſiſſe videbitur. iuxta c. quia propter, de electio. & ca. in Geneſi, eod. Atque canonici ſinguli ſe debent ſubſcribere inſtrumento electionis ſcrutatorum. Qui poſtea publicant electionem, vel nomine ſuo iubent publicari capitulo,

45 ¶ Publicatio † porro electionis bis fieri debet, in capitulo coram canonicis, ca. in cauſſis, ca. cum inter, ca. quia propter, eodem. & iterum pulſata campana ibidem per vnum ex ſcrutatoribus publicatur coram clero & populo ad pulſum campanæ conuocato. d. c. in cauſſis, & d. c. cum inter, & can. licet, 8. q. 1.

46 ¶ Hac † peracta decantari debet hymnus, Te Deum laudamus. Decantato hymno, epiſcopus, ſi præſens eſt, ad altare portatur eccleſiæ cathedralis, & ibi in cathedra epiſcopali conſtituitur.

47 ¶ Niſi † electus conſentire recuſet electioni, vel poſt conſenſum renuntiet iuri ſuo, Renuntiare poteſt electioni, priuſquam ad ſuperiores referatur examen, ca. cum inter canonicos, de electio. ca. inter corporalia, de translat. epiſco. ca. 2. de reſtitut. in integrum, aut forte diem claudat extremum, aut propter occultum eius vitium antea irritetur electio: quibus caſibus, electores, qui iam functi erant officio ſuó infra iuris terminum eligendo, habebunt a diſſenſu, renuntiatione, morte, vel irritatione, ac ſi vacatio noua eſſet, tempus integrum ad aliam electionem celebrandam, ca. ſi electio, c. 26. de electio. in 6.

## De Confirmatione electionis.

### Cap. 13.

1 *Confirmatio ſequitur electionem.*
*Confirmatio dat adminiſtrandi ius, eod.*
2 *Confirmatio a quo fiat, & 5.*
*Capitulum ſede vacante, quando electos confirmet.*
3 *In Confirmatione facienda qui vocandi ſunt.*
4 *Confirmatio quid.*
5 *Legatus ſummi Pontificis, etiam confirmat in prouincia ſibi directa.*
6 *Pontificis ſummi electio non habet confirmationem.*
*Imperatoris electionem Papa confirmat, eod.*
7.8. *Confirmatio exigitur electo ante adminiſtrationem, alias priuatur iure quæſito, & exceptiones.*
8 *Abbatiſſæ electæ ante confirmationem poſſunt adminiſtrare.*
9 *Confirmatio non validat inualidam electionem.*

1 Confirmatio ſequitur † electionem, c. poſtquam, de elect. tribuitque ius adminiſtrandi, c. transmiſſam, cap. nihil eſt, eod. ca.

cum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

cum iamdudum de præben.ius enim competit electo ex electione.
c.ſi de elect.in 6.nota gl.in ca.quanto,63.diſt.quam ſequitur Panor.
in c.2.c.quod autem & c.nobis,de iure patron.Ita electio prælatum
2 facit,ſicut & Imperatorem.can.legimus,93.diſt. ¶ † Confirma-
tionem concedit ſuperior,vt epiſcopus, & alii ſuperiores grada-
tim,ca.noſti,de elect.& capitulum ſede vacante epiſcopali, c.cum
olim de maior.& obed.quia confirmare eſt iuriſdictionis epiſco-
palis,quam exercet capitulum ſede vacante.ca.1.ne ſede vac.in 6.
Imo ſi electio alicuius dignitatis pertineret ad capitulum,& con-
firmatio ad epiſcopum,vacante ſede capitulum eliget & confir-
mabit gloſſ.& Doct.in c.penult.de ſupp.negl.prælato.Reb.in §.ſi quis
vero,in ver.diſpoſitiones,de coll.in concord.quia duplici iure fungi-
tur.l.ſi conſul.de adopt.P.Verum hic obſeruandum, capitulum ſe-
de vacante,electos confirmare poſſe in eccleſiis inferioribus, vt
abbates:ſed electum epiſcopum non exemtum non confirmat,
ſed archiepiſcopus,d.c.cum olim,de maio.& ob.cano.illud,64.diſt.
c.cum dilectus,de elect.etiamſi is non fuerit conſecratus, can quo-
niam,100.diſt.c.noſti,c.tranſmiſſam,de elect.Archiepiſcopum,Pri-
mas ſeu Patriarcha & Papa,c.quia igitur, & ibi gloſſ.63.diſt.cap.1.
de tranſlat.epiſc.In exemtis Papa adeundus, vel eius in ea prouin-
cia legatus, c.ſi abbatem,de elect.in 6.ſi modo exemti immediate
ſubſint Papæ, contra ſi mediate, vt ſunt prouinciales, miniſtri
ordinis minorum,qui quamuis ſint exemti,tamen habent gene-
ralem ordinis ſuperiorem,a quo debeat confirmari.vide Angel.
3 Clauaſ.in ver.confirmatio,1.num.4. ¶ † In confirmatione facien-
da,ante ciendi,ſeu vocandi ii,qui intercedunt ſeu ſe opponunt e-
lectioni,nominati quidem,ſi nominatim intercedant, vel ſi ele-
cti ab aliqua tantum parte ſint: quod ſi omnium concors ſit ele-
ctio,generaliter vocari debent ii,qui poſſunt vel velint aliquid e-
lectioni obiicere,vt ſtato die & loco,quibus confirmatio facien-
da erit,veniant dicturi cauſſas improbationis, electionis, & im-
pediendæ confirmationis.in c.fin.de elect.in 6.c.bonæ memoriæ, in
4 1.eo.ap.Grego.c.1 §.facta.eo.in prag ſan.¶ † Electio dat principium,
confirmatio perfectionem,ingreſſus officii poſſeſſionem.Bal.in
rubri.de elect.coll.ſi. Sic confirmatio ſecundum Cardinalem,in
clem.1.§.nos itaque,20.nota.de iure iu.eſt iuris quæſiti per electio-
5 nem corroboratiua declaratio. ¶ † Quare ab eo fit generaliter
confirmatio electionis,qui immediate eligentibus præeſt, vt &
Papa confirmat electos ad dignitates, quæ immediate ſubſunt
Romano pontifici,ſiue epiſcopatus,ſiue abbatiæ vel aliæ ſint.ca.
nihil,de elect.c.cupientes,eo.tit.in 6.vbi forma confirmationis huius.
Tradunt quoque & iure concurſus ſummum pontificem poſſe
confirmare electiones eccleſiarum aliarum,quæ ſibi immediate
non ſunt ſubditæ,Rebuff.in §.monaſteriis,in ver.ſolemniter peti, de
reg.ad præla.nominatio.in concor.per can.ad Romanam,2.q.6.can.
cuncta per mundum,& c.per principalem,9.q.3.& eius legatum in
prouincia ſibi decreta,Ioan.Andr.in d.c.nihil.per c.ſi abbatem, de
elect.in 6.quia & is in ea prouincia concurrit cum ordinario.ca.1.
6 de offi.legat.in 6. ¶ † Summi pontificis electionem nullus confir-
mat:quia ſuperior ei nullus eſt,cap.1.23.diſt.is tamen Imperato-
7 rem confirmat.cap.venerabilem,de elect.¶ † Ceterum confirma-
tio neceſſaria eſt, nam ante eam adminiſtrans cadit a iure ſuo, ca.
auaritiæ eod.in 6.et per electionem in dignitate acquiſito,ſiue tã-
quam prælatus per ſe aut per procuratorem, aut tanquam œco-
8 nomus regimen vſurpet in ſpiritualibus. ¶ † Exceptis electioni-
bus abbatiſſarum,in quibus abbatiſſa a maiori parte monialium
electa,pendente confirmatione propter controuerſiam, num
recte electa vel male ſit, poteſt adminiſtrare in temporalibus &
ſpiritualibus: dummodo interim de rebus monaſterii nihil alie-
net,& non recipiat aliquam monialem.ca.indemnitatibus,43 §.
ſi vero,de elect.in 6.Similiter ſi confirmatio eſſet a ſummo ponti-
fice petẽda,& longiſſimis interſtitiis diſtaret epiſcopatus a curia,
poteſt licita eſſe adminiſtratio,citra alienationem tamen, c.nihil,
de elect.ſi electus non ſit in mora petendæ confirmationis, quo
caſu haberet locum pœna iuris.c.auaritiæ,eod.in 6. Mora autem
fieri videtur,ſi poſt præſtitũ conſenſum, ceſſante legitimo impe-
dimẽto,cõfirmatio non petatur intra tres mẽſes ab electoribus,
vel ab ipſo electo,vel ab alio pro eo.c.quam ſit,eod.in 6. Si autem
confirmatio petenda eſt a ſummo pontifice in cathedralibus &
regularibus eccleſiis,ſeruãda eſt formula c.cupiẽtes,de elect.in 6.
9 ¶ † Quærit autẽ non inutiliter Berthachinus,in 4.par.ſecundæ
partis princ.li.3.de epiſc.n.12.nũ inualida electio,per cõfirmationẽ
valida fiat?Diſtinguit & ſoluit,inualidã ratione perſonæ electi nõ
validari confirmatione.per l.ſi conſtat,de appell.contra, ſi inualida
ratione eligentiũ.per l.ex conſenſu,§.1.eod.tit.At ſi nulla ſit electio
ratione formæ,& eligẽs eius qualitatis ſit, qui poſſet illud munus
concedere,validatur,ſi confirmatio ſit ex certa ſcientia, alias mi-
nime:at ſi eligens non poſſet illud concedere, non validatur per
confirmationem;Innoc.in cap.nihil,de elect.Barth.in d.l.ſi conſtat.
Verum quandocunque inualida ſit electio, ſi ea non confirme-
tur in iudicio contradictorio, Bal.in addit.ad Spec.de appell.ver.
per definitiuam.firma eſt:non idem tamen perpetuo, ſi ſummarie
& de plano.Innoc.in d.c.nihil,Ioan.Andr.in c.ſi.de elect.in 6.

## De Conſecratione,& Benedictione. Cap. 14.

1 *Conſecratio prælati ſequitur confirmationem,non contra.*
*Conſecratio quid,eod.*
2 *Epiſcopi conſecrari debent.*
*Abbates benedicuntur,non conſecrantur,eod.*
3 *Epiſcopus ante conſecrationem quæ poſſit.*
*Abbas ante benedictionem quæ poſſit,eod.*
4 *Abbatiæ non omnes egent benedictione.*
5 *Abbatis beneficia ante poſſeſſa incompatibilia,eius confirmatione vacant.*
*Epiſcopi poſſunt ſua beneficia poſſidere vſque ad conſecrationem, vel conſecrationis tempus,eod.*
6 *Conſecratio prælatorum non differtur vltra tres menſes.*
7 *Epiſcopus a quibus conſecratur.*
8 *Archiepiſcopus a quo conſecratur.*
9 *Papa,Patriarchæ,Primates a quibus conſecrentur.*
*Imperatorem quis coronet,eod.*
10 *Conſecrandi epiſcopi modus,& tempus.*

COnfirmatio conſecrationem † prælati debet precedere,non 1
ſequi in iis quibus conſecratio accedit:aliter non valeret.cap.
prouida, de elect.in 6.gloſſ.& Docto.in cap.cum olim,de dolo. Quia
conſecratio eſt,periodus electionis,dedicatio electi facta Deo:id
enim generaliter nomen conſecrare ſignificat,Deo dicare, & ſa-
crare.

¶ † In epiſcopis neceſſaria eſt conſecratio, in abbatibus bene- 2
dictio.ca.1.de ſupplem.negli præla.libr.1.tit.10.clem.2.§.ſtatuimus,
de ſtatu monac.in Cle. Verum diuerſo modo:nam epiſcopus non
dicitur,niſi conſecratus ſit.ca.licet,de tranſla.epiſc.c.tua,de his quæ
fiunt a præla.ſine conſenſ.capi.Panor.in ca.eam te.de reſcript.Et pro-
inde poteſt repelli per exceptionem ne fiat epiſcopus, vſque ad
conſecrationem.ca.ſuper his,de accuſ.c.noſti,de elect. ¶ † Licet an- 3
te conſecrationem electus poſſit concedere indulgentias, con-
ferre beneficia,& ea quæ non ſunt ordinis,ſed iuriſdictionis. Pa-
nor.in ca.ſuffraganeis,in ſi.de elect.ap.Greg.At abbas electus, & cõ-
firmatus in abbatem,abbas ante benedictionem dicitur,& in ne-
gligentiam,vel contumaciam ſuperioris, qui nolit eum benedi-
cere,ipſe ſuos monachos benedicere poteſt,non benedictus, a-
liaque eius prælaturæ munia obire.c.1.de ſuppl.negl.prælat.cap.me-
minimus,de accuſatio. Quorum differentiæ ratio, quod per con-
ſecrationem epiſcopi conferatur ordo.not.in procœ.Sex. vnde di-
citur ordinatio,c.quoniam quidam,75.diſt. non autem per bene-
dictionem abbatis.vide Oldra.conſil.14.& glo.aut.in §.cenſuit ta-
men,in ver.benedictionis,de elect.in prag.ſanct.

¶ † Sunt & abbatiæ,quæ non egent benedictione: vt & quæ- 4
dam abbatiſſæ non ſunt ſolitæ benedici, ratione conſuetudinis
præſcriptæ.vide cle.2.in §.ſtatuimus,iuncta gl.in ver.ſolitæ, & ver.
benedici,de ſtat.monach.¶ † Et proinde beneficia electi,& confir- 5
mati in abbatem,poſt adeptam pacificam, vacant ante benedi-
ctionem.per c.de multa,de præb.& ibi Inno.not.in d.clem.2.Epiſco-
pus autem poteſt ſua beneficia retinere vſque ad conſecratio-
nem,vel lapſum temporis de conſecrandis incluſiue.cap.cum in
cunctis,de cle.glo.in ca.ſi gratioſe,de reſc.in 6. ¶ † Conſecratio epi- 6
ſcoporum & aliorum ſuperiorum,vltra tres menſes differri non
poteſt:niſi ex cauſſa rationali,can.quoniam quidam,75.diſt.c.1.71.
diſtin.c.quoniam,100.diſtinct.impedimentum iſtum interueniat,
veluti hoſtilitatis,can.fraternitatem,71.diſt. diſcordiæ circa ele-
ctionem,vel confirmationem,& ſimilium.c.de Syracuſanæ, 28.
diſt.¶ † Conſecratur epiſcopus non exemtus ab archiepiſcopo 7
cum duobus epiſcopis prouincialibus, aut per tres comprouin-
ciales epiſcopos vocatos ſeu requiſitos ab archiepiſcopo per li-
teras,eoſque conſentientes,c.nec epiſc.de temp.ordi.exemtus au-
tem conſecratur ab epiſcopo,vel eius mandato.¶ † Archiepiſco- 8
pus ab omnibus ſuis ſuffraganeis cum conſenſu primatis, ad ec-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cleſiam matricem vocatis, c.fin.51.diſt.c.1.66 diſt.in.c.ſi archiepiſco-
pus, de temp.ordi.c.placet, 65.diſt. Hodie autem Papa præſcripſit ſi-
bi ius conſecrandi omnes metropolitanos.gl.in c.fin.1.diſt.per ca.
9 pudenda, 24.q.1.vide Bertachi.de epiſ.8.par.li.3. ¶† Patriarcha, Pri-
mas, & Cardinales a Papa vel eius mandato, d.c.pudenda, cum ibi
notat.24.q.1. Papa ab epiſcopo Hoſtienſi, c.in nomine Domini, 23.
qui & coronat Imperatorem. c.antiqua, de priuileg. Quod ſi non
adhibeantur prædicti epiſcopi, & archiepiſcopi in conſecratio-
nibus, poſſunt contemti petere ſuſpendi ordinatum ab exſecu-
tione officii, velut in electionem petunt irritam fieri, c.quod ſicut,
de electi.can.non debet, 65.diſt.aliaque grauior pœna imponitur.
Ang.de Claua.in ſumm.in ver.1.conſecratio.num.2. Cum conſecrã-
tur epiſcopi, inunguntur ſacro chriſmate in capite, & manibus,
nec omitti poteſt vnctio hæc.c.1.in princi.de ſacr.vnct.in 1.decret.
tit.15. Tempus quo conſecratio fieri debet, eſt dum ſacra liturgia
peragitur inter epiſtolam & Euangelium.c.quod ſicut, §.ſuper eo.
de elect. Dum autem Papa conſecratur, antequam hymnus decã-
tetur angelicus die dominica, can.fin.51.diſt, can.quod die, 75.diſt.
hora tertiarum, glo.in d.c.fi.51.diſt.can.tempus, & c.ordinationes, &
ibi gl.adfert rationes, 45.diſt.in ciuitate præcipua diœceſeos, cap.fi.
52.diſt.in eccleſia.d.cap.quod ſicut, § ſuper, eo.

## De Collatione beneficiorum in genere, & in ſpecie: dehinc de Collatione libera, & eius formis. Cap. 15.

1 *Collatio beneficiorum ſine collatione.*
2 *Collatio quid.*
3 *Collationis diuiſio.*
4 *Collatio quæ libera, & a quo fiat.*
5 *Collatio libera ſine literis fit.*
6 *Collationis modi.*
7 *Literarum exſpectatiuarum ad beneficia decem ſpecies.*
8 *Mandatorum ad beneficia formulæ.*
9 *Literæ ad beneficia diuerſorum finium, & nominum.*
10 *Collationum ſpecies a formis prouidendi.*
11 *Signatura in beneficiis quid eſt.*
12 *Signaturæ forma.*
13 *Breue ſummi pontif.quid, & quomodo differat a ſignatura.*
14 *Annulus piſcatoris in breuibus ſummi pontificis vnde.*
15 *Breui quæ expediuntur.*
16 *Signaturæ gratiæ triplex forma, per fiat, per conceſſum, per placet, & de ſingulis.*
17 *Signatura per fiat ceteris paribus, præfertur ſignaturæ conceſſum.*
18 *Signatura ad effectum gratiæ bullas exigit.*
*Bullarum expediendarum neceſſitas, eod.*
*Signaturæ ſumtum de regiſtro fidem non facit, eodem.*
19 *Signatura ſola beneficii an det ius adipiſcendæ poſſeſſionis beneficii, niſi bullis expeditis, & 20.*
20 *Beneficii poſſeſſio accipitur cum ſimplici ſignatura verificata in Gallia, & quomodo.*
21 *Bulla quid, & vnde tranſcribatur.*
22 *Prouiſio noua ſummi pontif.quid.*
23 *Literarum nouæ prouiſionis, & perinde valere differentia, & 25.*
*Perinde valere reſcriptum quid, eod.*
24 *Prouiſiones nouæ & confirmationes quibus caſibus concedi ſoleant in curia Romana.*
26 *Concordiæ beneficiorum a ſolo Papa confirmari poſſunt.*
27 *Confirmatio in forma ſpeciali ſummo pontif.tribuit ius nouum.*
28 *Prouiſio ſeu reſcriptum, ſi neutri, & ſi nulli.*
*Si neutri, & ſi nulli reſcript.eod.*
*Si alteri reſcriptum, eod.*
29 *Subrogationis reſcriptum.*
30 *Subrogati in ius litigatoris per prouiſionem quomodo procedant in Gallia.*
31 Main leuee aux benefices *mortuo collitigante quid.*
32 *Subrogatus in locum beneficiarii præmortui non eſt damnandus ad reſtitutionem fructuum indebite a prædeceſſore perceptorum.*
33 *Subrogatus tantum a die ſubrogationis ad expenſas damnandus quando, & ad prædeceſſores.*
34 *Subrogatio intra annum & diem in curia peti debet.*
35 *Commenda quid.*
36 *In commendam quando dari dicuntur beneficia.*
37 *Commenda ad tempus, & ad vitam.*
*Capitulum in commendam dat beneficia, ſede vacante ad tempus, eod.*
38 *Commendæ duo fines, vtilitas eccleſiæ, & commendatarii.*
*Commenda quæ reuocabilis, eod.*
39 *In commendam quæ beneficia ſolita dari ſint.*

PEr collationem iure † pontificio beneficiis aliis, quam præla- 1
turis prouidetur, vel ab vno, vel a pluribus, ſine collegio ta-
men.nota in c.auctoritate, de inſtitut. Et hodie etiam prælaturæ in
Gallia, ab electionum poteſtate exemtæ collatiuæ ſunt: nam ad
nominationem regis conferuntur a ſummo pontif. §.1.de elect.
& reg. ad præla.nomi. Collationis † nomen late patet & ad alia 2
quam ſacerdotia pertinet, vt notat plene Rebuff.in rubri.de colla.
in concord. verum hic, pro inſtituto ſermone, cap.intelligentiam,
de verbo.ſign. pro donatione beneficii vacantis accipitur. Potiſſi-
mum quando libera eſt: nam ea ad liberalitatem pertinet, & do-
natio dicitur.c.fi.de offic.vica.in 6.c.propoſuit.ca.quia diuerſitatem.
ca.cum noſtris.ca.penul.de conceſſ.præben. Hæc collatio aut motu
proprio concedentis fit, aut ad petitionem impetrantis.ca.ſi mo-
tu.& c.ſi tibi.de præbend.in 6.

¶† Et rurſum collatio, aut libera eſt, aut non libera.tract.in ca. 3
relatum.de præbend. ¶† Libera eſt, cum is qui poteſtatem habet 4
conferendi, ſponte & libere confert, d.ca.relatum.iuncta gloſſ. &
poteſt alterum alteri, idoneum tamen, præferre. § ſtatuimus, de
collatione, in concord. Fitque interdum, vt diximus, a laicis, capitu.
abbatibus, epiſcopis, patriarchis, & ſummo pontifice. vide Rebuf.
part.1.Prax.beneficiis titu.de collatio. ¶† Libera cum literis, & ſi- 5
ne his, verbo perficitur, cap.inſtitutionis, 25.q.2.nota.in ca.cam te,
de reſcript. nec ritus, ſeu ſolemnia in hac requiruntur, non voca-
tio occupantium beneficia.ca.licet epiſcopus, 28.de præbend.in 6.
c.cum in illis §.cum autem.eod. Vt conſtet tamen de collatione exi-
gi tradit Rota, deciſi.248.in nouis. vt præſentibus ſaltem duobus
fiat teſtibus. Cetera de ſubſtantia collationis ſunt, de quibus pau-
lo ante, vt ab idoneis & idoneis fiat, canonice, pure, in perpetu-
um, palam, &c. de quib.antea dictum, & vide compilata a Rebuff.in
1.par.Prax.benef.ſub rub.requiſita ad collationem bonam. ¶† Con- 6
ferunt ordinarii beneficia iure proprio, ex priuilegio, iure deuo-
luto: iiſdem & modis ſumm.pontif.& vacatura, & vacantia. Et fe-
re tot conferendi ſunt diuerſæ formulę. Ad futura beneficia dan-
tur prouiſiones, per literas gratiæ, exſpectatiuas, & mandata. Ex-
ſpectatiuarũ † decem ſpecies.quas tractat ex profeſſo Staphileus in 7
tracta.de liter.gratiæ. Prima, quando creatur canonicus in vna ec-
cleſia tantum, cum reſeruatione eccleſiæ conferendæ. cap.ſi poſt-
quam de præbend.2.quando creatur canonicus in duabus eccleſi-
is, Staphi.vbi ſup.in 2 for. quæ contra diſpoſitionem eſt iuris com-
munis.ca.ſanctorum, 70.diſtinct. Vt 3.ſi creetur in tribus, aut plu-
ribus. Staphil.in 3.for.4.quando creatur canonicus in vna eccle-
ſia, & in alia datur, vt dicunt, ad largam. Idem in 4 for.ex Ioan. An-
dr.& Dom.in cap.ſi is cui, de præbend.in 6. 5. Vt canonicus creatus
plura poſſit conſequi præſtimonia vſque ad ſummam in literis
expreſſam, Idem in for.5. frequentata forma in Hiſpania. 6. Quan-
do in duabus collationibus datur ad largam. Idem for.7. 7. pro
prælato. Idem for.7. 8. pro regulari. Idem for.8. 9. pro pauperibus
clericis. Id.for.9.per cap.ſi pauper, de præbend.in 6. 10. pro paupe-
ribus graduatis. Idem, for.10. ¶†. Totidem ſunt formæ mandato- 8
rum, de quibus aliqua diximus in mandatis antea, reliqua videri
poſſunt apud eundem Staphileum, Idem, in formis mandati. quæ
pertinent ad vacatura, vt & nominationes. ¶† Sed illæ collatio- 9
nes non ſunt, ſed media ad collationem aſſequendam: vt & aliæ
poſtulationes, tot.titul.de poſtul.præla. literæ electionis, cap.quia
propter, de elect. tranſlationis, cap.inter corporalia, cap quanto, cap fi.
de tranſ.epiſc. annexionis, vnionis, & incorporationis, de quibus
& for.horum glo.& inter.in c.1.ne ſede vac.in cap ſicut venire, de ex-
ceſſ præla.clem.ſi vna, de reb.eccleſiæ non alienand. adminiſtrationis,
quando datur coadiutor ſuſpecto de dilapidatione bonorum ec-
cleſiæ, ca.venerabili, de officio delegati. lepreſo, c.tua, de cleric.ægro.
& aliis id genus per viam œconomatus.canon.illud, 12.quæſtio.2.
cap.cum vos. de officio ordin. ¶† Plures ſpecies prouiſionum va- 10
cantium beneficiorum ſunt, ratione formæ prouidendi, vt ſim-
plex collatio & deuolutum, & ſignatura gratiæ, & bullæ. ¶† Si- 11
gnatura, eſt ſcriptura in papyro a ſumm. pontif. vel eius delegato
conſcripta, patris, vel impetrantis beneficium, ſupplicationem
Papęque conceſſionem breuiter continens.explicat hanc fin.Re-
buff.in 1.part.Prax.beneficiar.tit.de ſignatura.& in ſequent.tit.eius
formam adfert.& probat.

¶† Signatura ſeu applicatio papyro, bulla mẽbrana ſcribitur. Et 12

ſignatur

ſignatur in medio ſupplicatio poſt petitionem ſupplicantis, &
poſt ſignaturam ſcribuntur ea, quæ ſummus pontifex vult con-
13 cedere. ¶ † Hæc ſigillo non ornatur, quapropter differt & a bre-
ui apoſtolico, quod eſt diploma, *hæc explicat Rebuff. in 3. parte*
*Praxis benef. titul. de Breui apoſto. vbi quæ per illud concedi ſoleant.*
*explicantur & a Ioan. Staphileo, in tract. litera. gratiæ, in fin. de re-*
*ſcript. apoſt. in forma breuis.* ſeu reſcriptum a Papa, ſeu pœnitentia-
rio magno conceſſum, ſcriptura videlicet exigua, in paruis con-
ceſſa negotiis, in papyro vt frequenter, cera rubea, annuloque
14 piſcatoris ſigillata, ac ſigno ſecretarii ſubſcripta. ¶ † Annulus pi-
ſcatoris refert formam ſigillandi quam D. Petrus etiam per breue
ſignatum hoc annulo, ſi ſequatur bullæ expeditionem, illi dero-
gare poſſit, *c. 1. de conſtitu. in 6. c. ceterum, de reſc.* non tamen ſolet
huic breui, ſicut in ſignatura ſummus pontifex ſubſcribere, ſed
eius ſecretarius, mentione facta annuli piſcatoris. Et ita breue nō
eſt omnino vel ſimpliciter ſupplicatio, ſed aliquid mixtum, *gloſſ.*
*antiq. in reg. cancel. 29. Gomeſ. in reg. de non iudic. iuxta for. ſupplica.*
15 *q. 2. in fin.* ¶ † Neque breue ad beneficiorum collationes perti-
net, ſed ad ea quæ iuſtitiæ ſunt: & dum dantur recuperatores, vel
diſpenſationes. *vide d. Staphil. & Rebuff. vbi ſup.* Vidi tamen ſum-
mum pontificem contuliſſe inquiſitoris hæreticæ prauitatis offi-
cium, in forma breuis, & ſub annulo piſcatoris. Quia & hoc mu-
nus ad iuſtitiæ exercendæ cauſſam pertinet, vt potius commiſſio
& officium, quam beneficium ſit. Signatura ad beneficia, & alia
16 conceditur obtinenda. ¶ † Porro ſignatura gratiæ triplici modo
facta inuenitur: per fiat, & per conceſſum eſt, & per placet. For-
mulæ verbi, fiat, ſunt, aut ſimpliciter per fiat, aut per fiat vt peti-
tur, vel fiat motu proprio. Formæ conceſſum ſunt, conceſſum vt
petitur, vel conceſſum in forma, in præſentia D. N. Papæ N. Car-
dina. vel conceſſum L. Cardi. Forma placet, in commiſſionibus
iuſtitiam committentes, frequens eſt. Quando Papa ſignat ſup-
plicationes, fit ſignatura per formulas fiat: quando autem eas nō
ſignat, ſed aliis diſtractus negotiis committit earum ſignaturam
alicui Cardinali, vel prælato, vt videant commiſſiones cum refe-
rendariis, illi tunc non vtuntur hodie in gratioſis, verbis *fiat*, ſed
*conceſſum, Gomeſ. in d reg. de non iudic. iuxta for. ſupplic. q. 16.* vel,
*placet domino N. Papæ conſtito, &c. gloſſ. in reg. cancel. 25.* Quando
Papa nouam gratiam facit, ſignat per *fiat vt petitur:* & quando eſt
reformatio, per *fiat* addita tantum prima litera ſui proprii nomi-
nis, *vt fiat A.* Cum tamen in bullis ponat nomen, ſuique pontifi-
catus annum, ſummus pontifex per verbum *fiat*, ſtatim perficit
gratiam, etiam ſine expeditione bullarum. *can. inſtitutionis, & ibi*
*gloſſ. 25. q. 2. text. cum gloſſ. in clem. dudum. §. nos enim, de ſepult. Go-*
17 *me. vbi ſup.* ¶ † Atque ſi concurrant impetrans per ſignaturam,
*fiat*, & alter *per conceſſum*, nec conſtet de prioritate horæ, ambo-
bus eadem die impetrantibus, præfertur qui obtinuit per *fiat*, ex
regul. cancellariæ 31. propter auctoritatem ſignantis. *vt in cap. ſi a*
18 *ſede, præbend. in 6.* ¶ † Verumtamen quod pertinet ad effectum,
gratiæ non cenſentur in ſignatura perfectæ, vt de illis ſecundum
illas iudicari poſſit, niſi bullis expeditis, ex regula cancellar. 25. &
29. id eſt, niſi reductis ſignaturis in mundum. *vide glo. anti. in dict.*
*reg. 25. Bald. in c. 1. 2. colum. per quos fiat inueſt. collatio. 10. facit l.*
*contractus, de fid. inſtrum. Aliæ ſignaturæ requirunt quoque litera-*
*rum expeditionem ex reg. cancell. 37. 53. 69.* Nec ante literas confe-
ctas quis dicetur habere canonicum titulum: *Ioan. de Militis, in*
*ver. gratia apoſtolica.* niſi commiſſiones iuſtitię fiant per verbum,
*placet. d. reg. cancell. 25.* Quarum ſignatura eſt reſcriptum ad lites,
& pleniſſime interpretandum. *Innoc. in c. ſi epiſc. de reb. eccleſ. non*
*alie. l. 3. de offi. præſid.* Sic exſecutor datus in exſpectatiuis non po-
teſt fulminare, vt dicunt, proceſſum, niſi viſa bulla. *Idem in c. pru-*
*dentiam, de offi. deleg.* Et de iure communi gratiæ ſub quadam ta-
cita conditione, ſi literæ expediantur, concedi videntur, *Ægid.*
*conſi. 24. in 3. col. verſ. & puto.* per quarum expeditionem forma &
perfectio gratiæ datur. *Rota deciſi. 27. de reſcri. in nouis, Ægid. de-*
*ciſ. 736.* Ita gratia per ſolam ſupplicationem informis: *Rota, deciſi.*
*19. de conce. præben. in nouis.* quia eius clauſulæ ſolent in literis ex-
tendi, *Rebuff. in 3 par. ſigna. num. 1. & 2. in Prax. benef.* Nec ſum-
tum de regiſtro ſupplicationem ſignatarum fidem facit in iudi-
cio, *Ægid. deciſ. 252.* niſi ſumtum literarum expeditarum extra-
hatur. *Rota, deciſi. 621. in antiq.* Sunt autem literę expeditæ, quan-
do in plumbo ſunt. *cap. licet, de crim. falſi. Felin. in cap. ex diligenti,*
19 *de ſimo.* ¶ † Proinde de iure qui nanciſcitur beneficii poſſeſſio-
nem literis non confectis, licet habeat ſupplicationem, omne
ius quod habet amittit. *Id. in cap. veniens, in 2. colum. de accuſat.*
*text. in extraua. iniunctæ, de elect.* Verumtamen Rota tuetur ſe-
cundum Gomeſium, *in regul. cancell. de non iudi. iuxta for. ſuppli.*
*q. 5. vide Rebuff. in 1. par. Prax. benef. tit. de miſſio. in poſſ. n. 39.* & ſer-
uat, quod poſſeſſio canonice ex ſimplici ſignatura capi poſſit, niſi
in conſiſtorialibus. Et Caſſiodorus, *fin. deciſi. rubr. de reſtit. ſpol.* ait,
ſignaturam prębere in beneficiis ſaltem coloratum titulum. At-
que Rebuff. *tract. de paci. poſſeſſo. nu. 50.* tradit regulam de pacificis
poſſeſſoribus procedere, ſi quis poſſederit pacifice beneficium
per triennium cum ſimplici ſignatura. ¶ † In Gallia hodie, ſigna- 20
tura agnita, vel verificata, vt dicunt, per banquarios ſeu menſari-
os, vacante ſede Romana, fauore pauperum, vel viuente pontifi-
ce itineribus interceptis ob bella vel alio modo, vim bullarum
habet: atque curiæ parum diſquirunt, num bullæ obtentæ ſint
pro beneficiis modicis, & ita iudicatur. *de his ita iudicatum tradit*
*Pap. lib. 2. Raphſod. areſt. tit. 9. areſt. 3. & 4.* Et in maioribus, etſi
ſignatura non ſufficiat ad vindicias habendas beneficiis ſeu re-
credentiam, tamen pro facienda ſequeſtratione tituli, ſufficit: vt
iudicatum fuit. *Pap. eod. li. & tit. areſto. 2.* ¶ † Bulla, ſicut inſtrumē- 21
tum a prothocollo, *§. 1. de tabellio. in authen. colla. 4.* a ſignatura o-
ritur. Bulla hic dicitur, prouiſio extenſa bulla inſignata: nam bul-
la proprie dicitur plumbum pendens, ſiue ſigillum auro vel ar-
gento exceptum *gloſſ. in clem. 1. in verb. aurea bulla, de iureiur. glo.*
*antiq. in reg. cancell. 14. & 69. facit c. licet, de crimin. falſ.* Nec bulla
ante appoſitum ſigillum, ſcriptura dici poteſt. *Alex. conſi. 215. incip.*
*viſis probatio. in 2. vol.* Norunt omnes nomen bullæ eſſe Latinis
vſurpatum pro re tumida, ceu in aqua ſunt guttæ, quę orbiculan-
tur, vel id quod in torquibus pendet, bullæ vel cordis in modum.
Ab ea forma auctorata poſt ſignaturam prouiſio, bulla dicitur,
nempe ſcriptura in membrana plumbo, auro, vel argento funi-
culis pendente iure inſignita, ſalutationem cum narratione, ac
Papæ conceſſionem, aliaque neceſſaria cōtinens, ſecundum Re-
buff. im. *explicat hanc finitio. Rebuf. in 1. part. Prax. benef. in bullæ*
*declaratione, vide c. licet, & c. quam graue, de crim. falſ.*

¶ † Sed hęc hactenus de prouiſione ſignaturę, & de bulla. Nūc 22
de alia collatione agamus, quæ dicitur noua prouiſio ſummi pō-
tificis, quæ eſt veluti confirmatio prioris. *c. poſt electionem, de con-*
*ceſſ. præb.* Differtque a ſimplici prouiſione, quod noua præſuppo-
nit alium titulum, ſimplex non vtique. *gl. in reg. cancell. 92. Gomeſ.*
*in regu. de annua. poſſeſſ. quæſt. 2.* Eius nouæ prouiſionis impetran-
dæ ratio eſt, vel quia impetrās dicit ſe dubitare, num electio, præ-
ſentatio, vel confirmatio, vel collatio ab epiſcopo facta, vel eius
vicario, ſubſiſtere poſſit: & in ſumma ea ad maiorem ſecuritatem
datur. ¶ † Si tamē collatio prius eius beneficii, vel prouiſio etiam 23
inutilis a ſummo pontifice emanaſſet, non datur noua prouiſio,
ſed aliæ literæ impetrantur, perinde valere, id eſt, reſcriptum vt
perinde valeat talis prouiſio, ac ſi rite tunc temporis facta fuiſſet.
*Rebuff. explicat in d. 1. par. Prax. ti. de no. prouiſ. & ſimpli. nu. 2. & 4.*
Hæc noua prouiſio nec infirmat primam, ſed ius ei cumulat, ſi il-
li priori aliquod adfuiſſet: & ſi nulla ea fuiſſet, tamen noua proui-
ſio ſubſiſtit, vt ęque principalis, vt notat Rebuffus, *Idem vbi ſupra*
*num. 13. 14. & ſeq.* poſt Gomeſium. ¶ † Additque non concedi re- 24
gulariter in curia Romana hanc nouam prouiſionem & confir-
mationem, *vt in c. quia & poſt electionem, de conceſſ. præb.* exceptis
tribus caſibus, vnionum, *ca. expoſuiſti, de præb.* militiarum ſeu prę-
ceptoriarum Hieroſolymitanorum S. Iacobi, vel aliorum mili-
tum, & in electionibus monialium ad regenda monaſteria, *ca. in-*
*demnitatibus, de electio. in 6.* non tamen prioratuum. ¶ † Sicut nec 25
cōfirmatio in beneficialibus vix datur in curia Romana, ſed per-
inde valere, *c. 1. ſi. de confir. vti. vel inut.* quæ differunt, quod con-
firmatio tantum a die conceſſionis valet, nec retrotrahitur, *c. quia*
*diuerſitatem de conceſſ. præben. & tot. d. titul. de conf. vtil. vel inuti.*
perinde valere vero retrotrahitur ad priorem conceſſionem.
¶ † Concordiæ etiam confirmatio fit a Papa, ſed non per cancel- 26
lariam, quod de mero imperio & maximo exſiſtat, *c. quod transla-*
*tionem de offi. legat.* quia ſubolet ſimoniam, *ca. ex parte, de offic. de*
*leg. c. cum pridem, de lega.* ideo a Papa tollitur ſuſpicio ſolum. Spe-
cies prouiſionum, quibus conſeruantur beneficia, ſunt iſta duo
reſcripta confirmationis, & perinde valere: ſuppletur enim ius
per ea, quod dubium vel nullum erat defectu eius quod ſupple-
tur *vide Rebuff. in 2. part. Prax. benef. in tit. de reſcrip. perinde vale-*
*re.* ¶ † Confirmatio porro hæc in forma ſpeciali eſt, & ideo tribu- 27
it ius nouum, *c. 1. de translatio. c. quoties, de pact. vide ca. quia diuer-*
*ſitatem, §. mandamus, de conceſſ. præb. & ibi interpr. & c. 2. ne ſed. vac.*
*arg. l. legata inutiliter, 19. de legat. 1. in P.* propter poteſtatem ſum-
mi pontificis, *c. propoſuit, de conceſſ. præbend.* qui quia & ſcientia fir-
mat inualidum, vult & poteſt: & ita de nouo videtur nullum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

actum erigere. *arg, l. adoptio, de adopt. in P. Barth. in l. more maior.*
28 *de iuriſd. omn. iudic. Imola, in ca. literas, de conceſſ. præb.* ¶ † Alia
etiam collatio ſeu prouiſio ſummi pontificis, quæ dicitur in for-
ma, ſi neutri vel ſi nulli, id eſt, per quam impetro beneficium, de
quo litigant aliqui, & confert ſummus pontifex, vel mandat con-
ferri hac lege, ſi neuter litigantium ius habuerit in beneficio. *Re-
buff. in 1. par. Prax. benefici. in titul. de reſcrip. ſi neutri. vel ſi nulli.* Itẽ
ſi alteri, quando vnus ex collitigãtibus a ſummo pontifice impe-
trat gratiam, & confertur, ſi alteri litigatorum non competat. Et
tunc reſcriptum conſeruans beneficium, ſi a collitigantibus im-
petretur, non ſi a tertio aliove quodam. Neque tamen per illud
reſcriptum ius alteri iam quæſitum tollitur. *c. quamuis, de reſcript.
in 6. cap. ſuper eo, de offic. delega. regu. cancella. 16. de non toll. iure
quæſ. alte.* Ideo victus trina ſententia, hoc reſcripto ſi neutri, vel ſi
alteri, non iuuatur: quia beneficium alteri adiudicatum eſt, & lis
29 finita eſt, de qua mentio fieri debet in his reſcriptis. ¶ † Diuer-
ſum ab his aliud reſcriptum de ſubrogatione in locum præmor-
tui litigatoris: nam per hoc Papa confert ius, quod habebat mor-
tuus collitigans ei, quem vult ſubrogari. *ca. fin. vt lit. pend. in 6.* Fit
& ſubrogatio per reſignationem etiam litigantis, vt per eius
mortem, *cap. 1. & 2. eod.* iſque ſubrogatus aliis præfertur, ſi intra
menſem ſubrogationem petat. *reg. cancell. 27. de ſubrogan. colliti-
gant. in quam fuſe ſcripſit Gomeſi. & Rebuff. in 2. part. Prax. benefic.
rubri. de ſubrogatio. vide Rotam, deciſ. 307. incip. nota quod ſecundũ,*
30 *& deciſio. 439. nota nunquid, in antiquis.* ¶ † Praxis in Gallia eſt, vt
poſtquam aliquis ſubrogatus fuerit in ius alicuius a Papa, is acci-
piat ſeu nanciſcatur poſſeſſionem in vim ſubrogationis Papæ, &
poſtea impetret literas regias, quibus petat ſe ſubrogari in ius,
poſſeſſionem, & inſtantiam mortui. Si tamen præmortuus in
poſſeſſione fuerit, alia adeptione poſſeſſionis opus non eſt. *Re-
buff. d. rubri. de ſubrog. numer.* 28. Continuatque ſi velit litem per
procuratorem mortui, vel alium conſtituet, cum quo procura-
tor collitigantis ſuperſtitis tenetur litem peragere ſeu perſequi.
*Rot. deciſi.* 440. *incipi. ſi agens, in nouis.* Non poteſt autem ſubro-
gatus nouum iudicium incipere, ſed prius in perſonam mortui
prolatum, poteſt petere executioni demandari, vel recredenti-
am, & coram eodem iudice tantum, vt iudicatum a ſenatu Pari-
31 ſienſi 9. Februa. 1526. *Rebuff. vbi ſup. num.* 40. *&* 41. ¶ † Ceterum
ſubrogatos præueniunt interdum collitigantes ſuperſtites, qui
petunt manum regiam & impedimentum omne, quod in bene-
ficio ob litem impoſitum eſt, amoueri: & vt dicunt, petunt *la
main leuee. decem tamen requiſita adhiben. de quib. Rebuff. in tra-*
32 *cta. de ſent. excom. art. 1. glo. 4.* ¶ † Subrogatio iuris & inſtantiæ eſt,
non facti prædeceſſoris: vnde illud ſingulare, ſubrogatum non
teneri ad reſtitutionem fructuum indebite a ſuo prædeceſſore
perceptorum: quia nihil iuris in eo habet. *Prob. in ca. præſenti, de
offic. lega. Peruſi. in cap. præſenti, de offic. ordin. 6. facit l. 1. C. de admi-
niſt. tuto.* Et ita iudicatum Pariſien. ſenatuſc. menſe Februa. 1539.
33 ¶ † Nec ad expenſas cum eo factas tenetur, niſi a die ſubrogatio-
nis, vt deciſum ſenatuſc. eiuſdem curiæ 1508. 7. April. ante Pa-
ſcha: niſi ſubrogatus ſuſciperet ſimpliciter in ſe litem, ſeu, vt di-
cunt, proceſſum & atramenta cauſſæ, ex ſententia eius ſenatus 7.
April. 1516. poſt Paſcha in conuentibus iuridicis apud Pictones
habitis: vel niſi ſubrogatio petatur poſt ſententiam vindiciarum,
ſeu, vt clarius loquar, poſt ſententiam recredentiæ, & primi capi-
tis poſſeſſorii, quo caſu non recipietur ſubrogatus, niſi fructus &
impenſas omnes rependat & reſtituat, vt iudicatum ab eodem
ſenatu 11. Maii, 1542. & hæc me docuit Rebuffus. *in 2. part. Prax.*
34 *benefic. nume. 46. 47. 48. 49.* ¶ † Obſeruatur quoque, vt quis ſub-
rogationem in curia petere debeat, quando agitur de poſſeſſo-
rio, intra annum, *Idem vbi ſup. num.* 51. aliter non auditur. Quia
interdicta annualia ſunt. *l. 1. de interd. in P.* Item vt qui ſubrogari
deſiderat & petit, ſtatim exhibeat titulum ſuum, vt appareat ad-
uerſario an intra annum veniat. *gloſſ. & Doctor. in c. 2. vt lit. pend. in
6. & ibi Gemini.*

35 ¶ † Ad collationes & earum nomen commenda quoque per-
tinet, *Rebuff. in §. ſtatuimus, 2. in ver. conferantur, de collat. in Con-
cord. & in 3. par. Prax. benefic. tit. de publ. reſig. gloſſ.* 16. quæ & pro-
miſſionis nomine venit. *Idem in 3. par. Prax. in reg. quod quis in-
tellig. idiom. gloſſ.* 2. & eſt canonica inſtitutio, ſeu titulus canoni-
cus, *cap. dudum, in 2. de elect.* etſi in titulum non detur eccleſia,
mortuoque commendatario cenſetur vacare beneficium hoc vt
alia in titulum poſſeſſa. *vide Rebuff. de pacifi. poſſeſſo. nu.* 42. 43. 44.
Itaque ſolet etiam ſummus pontifex prouidere per commen-
dam, quando beneficium dat in cuſtodiam: quo caſu cuſto-
diam habens non facit fructus ſuos, *c. nemo, de elect. in 6.* ſed reſti-
tuere debet, *can. placuit,* 10. *q.* 3. niſi in conceſſione id expreſſerit
ſummus pontifex, vt poſſit fructus in ſuos conuertere vſus vt ſo-
let. ¶ † Per commendam fit prouiſio, quando cui prouidetur, nõ 36
poteſt eſſe vel dici eccleſiæ conceſſæ titularius: vel quia aliam
habet iam, & cum ea non poſſit aliam habere in titulum. *cap. du-
dum, in 2. de elect. cap. fi. 21. q.* 1. Eſt enim matrimonium quoddam
inter eccleſiam, & eius præpoſitum, *ca. ſicut vir,* 7. *q.* 1. vt odioſum
tam ſit quem habere plura beneficia, *ca. de multa, de præb.* quan-
tum plures vxores. Quamuis non eam inficias, plura in titulum
dari hodie, ſi modo non ſint incompatibilia, *quæ ſunt incompatib.
vide Rebuffum in 2. par. Prax. benefic. tit. de diſp. ratio ætat. in verbo,
incompatibilia.* etſi nominatim diſpenſatio hoc indulgeat, vt poſ-
ſit quis habere in titulum contra cap. cum ſingula §. prohibe-
mus, de præben. in *6. vide Rebuff. in d. 2. par. tit. de diſpen. cum re-
gularib. fac. num.* 15. vel quia beneficium incompatibile eſt cum
qualitate perſonæ, cui conceditur. Sic regulare ſeculari, & ſecu-
lare regulari commendatur: ſine expreſſa enim conceſſione, non
licet ea illis poſſidere. *c. monachi, de ſtat. monacho. c. officii, cap. cauſ-
ſam. de elect. c. cum de beneficio, de præb. in 6. clemen. 1. de electi. §. vo-
lumus, de collat. in concor. c. nullus, de elect. in 6. c. 1. de capel. monach.*
Eo modo religioſus ſui ordinis beneficium in titulum habet, al-
terius autem ordinis in commendam: alioquin pro monſtro eſ-
ſet, vt duobus ſubiectus duo capita haberet. *cap. 1. ne ſede vac. ca. 1.
21. q.* 1. Idipſum in aliis defectibus & impedimentis poteris con-
iicere. ¶ † Commenda vel ad tempus, vel ad vitam alicui fit. *cap.* 37
*exſtirpandæ, §. quia vero, de præb. ca. nemo. de elect. in* 6. Ad tempus
commendat beneficium vacans ſede vacante, idoneis capitu-
lum: ſine collatione tamen ad ſex vſque menſes, vel ad breuius
tempus. *c. ſignificatum. de præb. in 6. c. nemo, de elect. in* 6. Et ſi intra
ſex menſes non fuerit epiſcopus, vel a ſuperiori non ſit beneficio
prouiſum, poteſt commendam prorogare, ex neceſſitate, vt ec-
cleſiæ ſeruiatur, *vide Rebuff. par. 1. Prax. benef. titu. de deuolutio. n.*
77. & hoc ſine præiudicio iuris eius qui conferre poteſt, qui con-
fert etiam non vocato commendatario. *cap. ſi vero, & ibi gloſſ. de
iur. patron.* Tamen ſi illud a ſummo pontifice impetretur, qui im-
petrat, debet de commenda mentionem facere, aliter ſubrepti-
tia eſt prouiſio. *gloſſ. & Docto. in d. ca. nemo, de electio. Rebuff. de de-
uolutio. num.* 84. Sed & ſummus pontifex ad tempus commen-
dat, ſi velit minori 18. annorum prouidere de beneficio curato:
nam concedit beneficium in commendam, vſque ad 18. annos, &
poſtea in titulum. *Rebuff. part. 1. Prax. benefi. titul. de commendat.
nume.* 8. In perpetuum, ſiue ad vitam dum conceditur commen-
da, vice tituli eſt: nam ad tempus collatio fieri nequit bene-
ficii, *cap. ſi gratioſe, de reſcript. ca. ſatis peruerſum, 66. diſt.* etſi in col-
latione Papa ſecundi beneficii poſſit diſpenſare, vt vtrumque re-
tineat, dummodo intra annum alterum eiuret. *extra. exſecrabilis,
de præb. in extra. Ioan.* 22. Quæ diſpenſatio non prodeſt, non im-
pleta conditione, *cap. ſuper eo, & c. verum, de condit. appoſ.* niſi diſ-
penſationis prorogatio antequam elaberetur annus, peteretur
ad vitam, ſecundum Rebuffum. *in 2. par. Prax. titu. de diſpenſ. ſup.
defect. æta. numer.* 4. ¶ † Commenda vel fit ad eccleſiæ vtilitatem, 38
vel perſonæ, dum fit in perpetuum dum viuet is, cui commenda-
tur, etiam a ſummo pontifice: illa reuocari poteſt, ſi ſit ab alio
quam ſummo pontifice, hæc nequaquam ab eo facta. *can. conſti-
tutum, 7. q. 1. can. obitum, & can. ſeq. 61. diſtinct. c. pen. & fi. de ſuppl.
neg. prælat.* Imo ſi cuſtodia a ſummo pontifice commẽdata fuerit
ad vitam, nec reuocari poſſe placuit ſine cauſſa. *ca. ſatis peruerſum.
56. diſtinct.* ¶ † Notantur quædam beneficia, quæ non ſolent in 39
commendam dari, veluti ſancti Spiritus in Sicilia, ſancti Ioannis
Hieroſolymi, ſancti Antonii, Beatæ Mariæ Theutonorum ex cõ-
ſtitutione Alexandri ſexti de ſignatura gratiæ: quia fratribus illi-
us ordinis dari debent in titulum. *Rebuff. titu. de commenda. num.
41. in 1. par. Prax. benef.* Item & officium clauſtrale.

## De Collatione neceſſaria, ſeu non libera.
## Cap. 16.

1 *Collatio non libera quæ eſt.*
2 *Optio beneficiorum quomodo obſeruanda.*
3 *Inſtitutio collatio neceſſaria.*
4 *Inueſtitura pro inſtitutione beneficii.*
5 *Poſſeſſio beneficii non transfertur collatione, ſed adipiſcenda eſt.*
6 *Poſſeſſio beneficii quemadmodum adipiſcenda.*

7 *Poſſeſ-*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

7 *Poſſeſſio beneficii intra quod tempus adipiſcenda.*
8 *Poſſeſſionis in beneficiis vtilitas.*
*Poſſeſſionis triennalis vtilitas in ſacerdotiis.eod.*

1 COllatio non libera, † & neceſſaria eſt, illa per quam collator
tenetur certis perſonis velit nolit conferre, veluti mandata-
rio.*cap tibi qui,&c.ſi duobus,de reſcript.in 6.c.ſi tibi,&c.ſeq. de con-
ceſ.præb. in 6.§. 1. de mand. apoſtol.in concor.* Facit & præſentatio
idoneorum per patronos coactam collationem.*cap. decernimus,
16.q.7.c.illud,de iure patron.*Item nominatio quæ fit ad prælaturas
ſummo pontifici,intra ſex vel nouem menſes a rege Galliæ. §. 1.
*de regia ad prælat.nominat.in concord.* Et ea quæ ab Academiis fit
ſcholaſticorum,contingentibus illorum temporibus, §. *qui vero
& §.vult.de collat. in concor.* de quibus latius paulo ante tractaui-
mus, facit & collationem non liberam receptio in canonicum
præcedens vacationem.*ca.relatum,& ca.dilectus,de præb.ca. cum*
2 *ſuper de conceſſ. præb.* ¶ † Et optio conceſſa in beneficiis.*c.fin.de
de conſuetu.in 6.*In qua oportet ſequi conſuetudinem, nempe in
præbendis & canonicalibus,non diſtinctis actualiter, decem an-
norum:in diſtinctis 40.ann.vt fuſe & recte explicatur in deciſio-
nibus Rotæ.*deciſi,460.incip.quæritur quanti temporis titu. de con-
ſuet.in nouis,vbi de optione plura.*Item renuntiatio in fauorem ali-
cuius.vel cauſſa permutationis:ſiquidem in aliis, quam in quo-
rum fauorem fiunt,collationes factæ non valent.*clem. vni.de rer.*
3 *permut.clem.1.de renuntiation.c.olim,§.1.de reſtit ſpoliat.* ¶ † Eſt &
inſtitutio quæ fit ab epiſcopis in collationibus ab inferioribus
factis, collatio neceſſaria,per quam approbat factum:*ca.1.de con-
ſtitu.in 6.Panor.in c.poſt electionem, de conceſſ.præb.* vel ſi ſede va-
cante,per capitulum fiat.Sic enim inſtitutio eſt, approbatio facta
per epiſcopum collationis,ab alio, quam a ſe vel iuſſu ſuo, vel a
ſummo pontifice factæ,de beneficiis in ſua diœceſi exſiſtentibus.
Nam per illos prouiſi debent epiſcopo præſentari & approbari
per illum,antequam quicquam legitime adminiſtrare poſſint.*c.3.
& c.cum veniſſent,de inſtitut.c.præterea,c.conſultationibus, de iur.
patron.*Quæ approbatio in maioribus beneficiis & prælaturis di-
citur confirmatio,de qua ſupra dictum eſt:in minoribus benefi-
ciis & præbendis,inſtitutio. *Hoſtien. Ioan. Andre. Panor.in tit.de*
4 *inſtitutio.*¶ † Et quia aliquando illa inſtitutio fit per cõceſſionem
poſſeſſionis,ſeu,vt dicunt,per inſtallationem & inueſtituram,aut
per traditionem alicuius rei corporalis,inſtitutio quoque pro in-
ueſtitura vſurpatur.*in c.adhæc,de offi.archi.§.1. de conſuet. recti feu-
di,c.cum aliquibus,de reſcrip.in 6.*Sed præcedere inueſtituram ac-
ceptatio beneficii,ſi abſenti conferatur,debet:*c.ſi tibi abſenti, de
præb.in 6.*poſt eam poſſeſſionis figuratæ datio,per pilei, aut claui-
um,aut annuli traditionem.*ca.3.de his quæ fiunt a maior. par.ca.li.
3.Decret.ti.11.c.adhæc.de offic.archid.* Et hanc ſequitur realis & a-
ctualis adeptio poſſeſſionis,vel inductio in poſſeſſionem.
5 ¶ † Beneficii collatio, vel inſtitutio non transfert poſſeſſio-
nem,vnde & adhibenda eſt:*c.cum Bartoldus,de re iudic.gloſſ. c.per
tuas,de donatio.*aliter quis potiſſimum in hoc regno Galliarum,
poſſeſſorio vti non poteſt remedio,etiamſi in ius alterius ſit ſub-
rogatus.*Rebuff.in § declarantes,ad verb.ſucceſſores,de manda. apo-*
6 *ſtol.in concord.*¶ † Poteſt autem quis induci in poſſeſſionem, per
clericum,ſiue notarium,ſeu presbyterum, adhibitis duobus te-
ſtibus,iuxta mandatum epiſcopi vel archidiaconi. *Rebuff. in §.1.
de form.md.apoſtol.in ver.inducentes, in concord.* Et hæc inductio
quidem poſt collationem facta eſt, nullum ius tribuens, ſed pri-
mum exſequens.*c.cum olim,de re iudic. Roma. conſi. 337. incipi.
quoad primum,col.1.*Verum alio poſſidente neceſſario eſt ius præ-
tendenti,vt agat poſſeſſorio, ſine quo ſi alium vellet propria au-
ctoritate ſpoliare,intruſus diceretur, & ius quod habet amitte-
ret.*c.cum qui,de præb.in 6* Sed nemine poſſidente dicitur habere
plenum ius prouiſus,ſine apprehenſione poſſeſſionis, & tunc in
illo adminiſtrare beneficio poterit.*Panor.in c.trãſmiſſam, de elect.*
7 *Rochus de Curte,tracta.de iur.patr.in verſus,q.5.* ¶ † Proinde ne-
mine poſſidente beneficium,non eſt vllum præſtitutum tempus
ad adipiſcendam poſſeſſionem beneficii. Si autem alius poſſide-
at,contra,diſtinctione facta an is qui poſſidet, eiurauerit ei, qui
ius præſupponit, an vero beneficium poſſideatur ab alio aliter.
Nam in primo caſu,exſtat regula cancell. 34. de qua aliquid pau-
lo ante:qua cautum,reſignationes beneficiorum in Romana cu-
ria factas,infra ſex menſes:extra autem, intra menſem publicari
debere, vbi beneficia ſunt,ſcilicet ſi moriatur reſignans ante, vt
explicauimus. *& vide Rebuff ad titu. de for. mand. ad verb. indu-
centes,Boerium.deciſ.312.nume.2. Exſtat conſtitut.regia Henrici 2.
menſis Iunii* 1550.*de la reformation des prouiſions des benefices,
art.15.*Et dummodo ſemeſtre tempus non fuerit prorogatum a
ſummo pontifice, quod poſſe fieri iudicatum fuiſſe in ſenatu
Burdegalenſi refert Boerius. *d. 312.deciſ. nu.3.* Quod ſi aliter,
quam per renuntiationem collatum fuerit alicui beneficium, is
tenetur,intra annum a die adeptionis poſſeſſionis aduerſarii cõ-
putandum,ſuam poſſeſſionem adipiſci:alioquin in hoc regno ex-
cludetur a poſſeſſorio.*Boeri,vbi ſup.*¶ † Exſtat reg.cancelleriæ 31. 8
qua impetrans beneficium pacifice poſſeſſum a viuente, tenetur
poſtea intra ſex menſes litem mouere & finire intra annum,alio-
quin impetratio nulla eſt.Quam regulam explicat Gomeſius per
octoginta quatuor quæſtiones. Sed ſex menſes in Gallia ad an-
num extenduntur,non vltra:hæcque eſt vtilitas adeptę poſſeſſio-
nis.Sicut & alia in ſacerdotiis, vt qui pacifice per tres annos be-
neficium cum titulo colorato poſſederit, tutus ſit & præſcribat
aduerſus alios impetrantes,vt habetur in regula concellariæ 33.
quam fuſiſſime explicat Gomeſius per ſexaginta tres quæſtiones,
& Rebuffus tractatu de pacificis poſſeſſoribus. Exſtat & rubrica
de pacificis poſſeſſoribus in concordatis, quam dilucidius expli-
cat Rebuffus,quam opus ſit perſequi.

## De Vacatione beneficiorum. Cap. 17.

1 *Vacatio beneficii quid.*
*Vidua vacans mulier.eod.*
2 *Reſeruationes beneficiorum in Gallia ſublata.*
3 *Vacationum modi quot.*
4 *Vacat facto tantum beneficium,non iure.*
5 *Vacatio ipſo iure quomodo contingat beneficii.*
6 *Vacatio ipſo iure beneficii ex quaſi delicto 10.modis fit.*
7 *Vacatio beneficii ipſo iure ex quibus delictis.*
8 *Vacatio ſeu priuatio beneficii in quibus inducenda criminibus per ſententiam,& 11.crimine quolibet commiſſo,non vacat beneficium.eod.*
9 *Vacationis ipſo iure & per ſententiam differentiæ.*
10 *Beneficiũ criminoſi quo tempore impetrari poteſt,& renuntiari.*
12 *Vacatio ipſo iure & facto per renuntiationem,& mortem.*
13 *Renuntiatio legitima quid.*
14 *Renuntiatio de aliis,quam de beneficiis fieri poteſt.*
15 *Renuntiari quæ poſſint beneficia.*
16 *Renuntiari poteſt beneficium ante adeptam poſſeſſionem, & bullis non confectis.*
17 *Renuntiare non poteſt beneficium legitime minor.*
18 *Renuntiari vel permutari non poteſt beneficium vnitum.*
*Commendatum beneficium an poſſit permutari, & renuntiari, eod.*
*Renuntiare qui non poſſint libere,eod.*
19 *Renuntiationis cauſſa legitima.*
20 *Renuntiatio cum reſeruatione penſionis odioſa.*
21 *Renuntiatio quibus fieri poſſit.*
22 *Renuntiatio fit expreſſe & tacite quibus modis.*
*Renuntiatio,& ceſſio beneficii in quo differant,eodem.*
23 *Renuntiatio expreſſa quid.*
*Renuntiatione expreſſa facta,non datur regreſſus ad beneficium ſine noua collatione,eod.*
24 *Renuntiatio quomodo valeat facta coram alio quam ſuperiore.*
25 *ad Renuntiandum procuratio quomodo noctu fiat.*
*Luminaria tria procurationi noctu faciendæ exacta,eod.*
*Procuratio ad reſignandum quomodo fieri debeat.eodem.*
26 *Renuntiatio expreſſa vel ſimplex,vel conditionalis eſt, & quid vtraque.*
27 *Renuntiatio in fauorem quid.*
*Et quod non fiat coram ordinario,ſed pure,eod.*
28 *Renuntiatio in fauorem coram ſummo pontifice tantum fit, & niſi ea admiſſa vacat beneficium.*
29 *Renuntiatio cum reſeruatione penſionis,& non alias.*
30 *Renuntiationes cum acceſſu & regreſſu quæ,& in Gallia improbatæ.*
31 *Renuntiatio a morituro facta ea lege, vt ſibi reſtitueretur beneficium,ſi conualeſceret,conditionem habet implendam.*
32 *Renũtiatio ex cauſſa permutationis,& nõ alias,& de eius natura.*
33 *Permutatio beneficiorum,& quando quis redire ad permutatum propria auctoritate ſine noua collatione poteſt.*
34 *Permutatio beneficiorum conſenſum quando, & quomodo requirat patroni.*
35 *Permutatio beneficiorum cum corcordia non fit coram ordinario, & quare.*

*Concordia in beneficiis quatenus permiſſa. eod.*
36 *Renuntiationes beneficiorum coram quibus fiant.*
37 *Renuntiatio beneficii fieri poteſt per ſe, per alios procuratores.*
38 *Procurator ad renuntiandum & acceptandum, certus & nominatus debet eſſe.*
39 *Procurator ad acceptandum & renuntiandum beneficium ſimul non poteſt fieri.*
40 *Procuratio ad beneficia acceptanda, vel curanda, anno exſpirat, & reuocari ante poteſt.*
41 *Procuratio non expedita reuocata, expediri non poteſt a notario ſine falſi crimine.*

1 DE vacatione beneficiorum † etiam nunc dicendum neceſſa-
rio eſt, ne beneficiarius falſo titulum ſibi vſurpet. Proinde
breuiter vacatio beneficii erit, deſtitutio clerici, qui in titulum
beneficium tenet, aut illius a beneficio ſeparatio. Quo ſenſu va-
cantem mulierem Iuriſconſultus Martianus dixit, pro vidua.
in l. qui cœtu, 5. § fi. ad l. Iul. de vi. publ. lib. 48. P. titul. 6. Sic mortuo
commendatario, cum non detur ex ea beneficium in titulum,
non dicitur iure vacatio, nec poteſt conferri ab ordinario, vt va-
cans id beneficium quod per commendam ſibi reſeruare videtur
2 ſummus pontifex. ¶ † Tamen in Gallia contrarium verius, cum
commendatarius ad vitam a ſummo pontifice impetrans, ſimilis
vero titulario ſit, & omnes reſeruationes in Gallia fuerint ſubla-
tæ. Rebuff. in 1. par. Prax. benefic. num. 59. Vacatio pluribus modis
inducitur, quorum aliquos colligit Rebuffus. Idem in §. monaſte-
riis, de regi. ad præla. nomina. in verb. vacantibus, in Concord. & in
Prax. benefic. 3. par. de mod. amitt. benefic.
3 ¶ † Sed vt facilius intelligantur, dico beneficia vacare, aut ipſo
facto tantum, aut ipſo iure, aut per ſententiam, aut iure & facto
4 ſimul. ¶ † Ipſo facto tantum non iure, vt ſi quis vi vel metu coa-
ctus eiurauerit beneficium, vel de poſſeſſione deturbatus: nam
vere non vacat, ca. ad aures, de his quæ met. cau. fiunt. vel ſi metu
regis, ca. ad audientiam, eod. enuntiet. Item quando beneficium
collatum eſt abſenti, & adhuc non eſt acceptatum, c. ſi tibi, abſen-
ti de præb. vacat enim de facto, non de iure. Boer. deciſi. 2. num. 41.
5 ¶ † Ipſo iure vacat & amittitur beneficium, quando per iuris cõ-
ſtitutiones quis priuatur beneficio, eo ipſo quod quid fit ab ali-
quo, & quando propter ipſum factum ſine ſententia priuationis,
Interp. in c. querelam, de iureiur. gloſſ. in c. commiſſa, in ver. iuſto im-
pedimento, de electi. in 6. Felin. in c. inquiſitionis, de accuſat. gloſſ. in l.
iubemus, 14. § œconomus, in verb. priuetur, de ſacroſ. eccleſ. Cod. illud
poteſt ab epiſcopo, vel alio poteſtatem habente, conferri: quan-
quam is qui ipſo iure priuatur de facto beneficium poſſideat, nec
poſſit ab ea reali detentione ſine vocatione priuari. vt in cap. licet
6 epiſcopus, in 2. de præben. in 6. ¶ † Porro ipſo iure vacat, vel ex quaſi
delicto titularii vel ex delicto. Et quaſi delicto primum, ſi ſine diſ-
penſatione quis conſecutus ſit beneficium habens curam ani-
marum, habens aliud ſimile antea, quod vacabit, c. cum ſingula, c. ſi
plures, in 6. c. de multa, eod. ap Gregor. c. cum noſtris, de conceſſ. præb. ſi
ſit diſpenſatum, contra, c. dudum, in 2. de elect. 2. Eodem modo
vacant per coniugium beneficiati. c. 3. & c. diuerſis, de cler. coniu-
gat. cum ſimilibus. 3. Si intra annum, poſt adeptam pacificam poſ-
ſeſſionem eccleſiæ parochialis, citra impedimentum, non pro-
moueatur ad ſacros ordines & presbyteratum: poſt annum enim
vacat ipſo iure, & impetrari poteſt, ca. licet canon, & c. commiſſa, de
elect. in P. incipiente anno a die pacificæ poſſeſſionis. 4. Irrita ele-
ctione, c. conſiderauimus, & c. ſuper, eod. tamen ante annum, cum
alio permutare & eiurare recte poteſt in fine anni poſſeſſor. Ro-
ta. deciſ. 187. nota quod tenens, in anti. Aufrer. deciſi. cap. Thol. 471.
etſi Rota pugnet contraria 355. vide Rebuffum, in 2. part. Prax. benef.
titu. de non promo. int. annum num. 7. 5. Vacat prior eccleſia, con-
ſenſu adhibito per epiſcopum translationi, cano. in apibus, 7. q. 1.
ſcilicet adepta poſſeſſione. gloſſ. & Doctor. in cano. ſi quis iam trãſ-
latus, 21. q. 2. c. quanto, de transla. epiſc. c. cum ſingula, § prohibemus,
de præb. in 6. 6. Ingreſſu religionis. c. beneficium, de regul. in 6. ca. ex
tranſmiſſa de renuntiat. can. conſaldus, 12. q. 2. 7. Si electus intra
menſem non conſentiat electioni oblatæ, vel intra tempus ad id
ſibi præſtitutum. ca. quam ſit, de electi. in 6. in extrau. ſi religioſus, de
electon. in extra. commu. Vel 8. ſi poſt conſenſum intra tempus
trium menſium non petierit confirmationem. d. c. quam ſit. Et 9.
ſi intra tres alios poſt confirmationem, non petat conſecratio-
nem. c. cum in cunctis, §. cum vero, de electi. 10. Si non publica-
tur ſuo tempore intra ſex menſes renuntiatio facta in curia, & ex-
7 tra, intra menſem. regul. cancellar. 34. ¶ † Per delictum ipſo iure
amittit quis beneficia, & ea vacare dicuntur. Primo ſi per ſimo-
niam ea adipiſcatur, eaque ſit manifeſta, diuerſum enim in oc-
culta. ca. inſinuatum, de ſimon, extrau. cum deteſtabile, eod. titul. in
extraua. commu. vid. deciſi. capel. Tholoſ. 438. 2. Si ſit poſſeſſor hæ-
reticus. cap. ad abolendum, de hæretic. ca. cum ſecundum, eod. titul. in
6. 3. Si aſſaſſinus. cap. 1. de homicidi. in 6. ca. in quibuſdam, de pœn. 4.
Si falſarius literarum apoſtolicarum, cap. ad falſariorum, de crim.
falſ. 5. Si percutiat, aut proſecutus ſit cardinalem. cap. felicis, de
pœnit. in 6. 6. Si propria auctoritate & vi beneficia adipiſcatur. ca.
eum qui, de præbend. in 6. 7. Calumniatus electionem nec pro-
bans accuſationem, & intra tempus triennii, per quod ob id ſuſ-
penditur, ſi ſe ingerit adminiſtrationi. cap. 1. § final. de electi. in 6.
8. Si Sodomita. cap. clerici, de exceſſibus prælatorum. ¶ † Et in his 8
tantum delictis vacant beneficia ipſo iure, per delictum: in reli-
quis ſententia, quæ priuationem ſtatuat, deſideratur, antequam
vacent, vt notant interpretes. Interpret. in cap. querelam, de iureiu-
ran. in c. clericis, ne cleri. vel monach. &c. Neque etiam ob quodli-
bet crimen, huiuſmodi priuationis ſententiam ferre oportet, ſed
ob grauiora, in quibus iudici canones permittant. ca. ſatis peruer-
ſum, 55. diſtinct. Phil. Decius, in c. 2. de reſcript. arg. c. fraternitati, de
cler. excom. Proinde etſi quis de crimine aliquo condemnetur,
quod non inducat ipſo iure vacationem, tamen non cenſentur
vacare eius beneficia: veluti ſi reus homicidii capitali ſententia
damnetur. Præpoſ. in ca. ſtudeat, 50. diſtinct. Bal. in l. cum fratrem,
colum. 3. de iis quib. vt indig. C. Felin. in ca. 2. de reſcrip. Aufrer. in de-
ciſio. 207. & 436. Collecta, in ca. inquiſitionis, de accuſatio. Rebuff. in
tract. de pacifi. poſſ. num. 261. & 262. ¶ † Igitur hæ annotandæ diffe- 9
rentiæ ſingulares, inter vacationes, quæ fiunt ipſo iure, & quæ
per ſententiam ſeu declarationem vacationis. Quod quando va-
catio ipſo iure inducitur propter crimen, poſſeſſor eius beneficii
fructus tenetur reſtituere perceptos vel percipiendos, a die com-
miſſi criminis. ¶ † Quando autem alio modo, a die litis conteſta- 10
tæ, Panor. in cap. item cum quis, de reſtit. ſpoli. arg. l. eum qui, de iis
quib. vt indig. in P. vide gloſſ. in § ſancimus, in ver. imminere, de in-
ceſt. nup. collat. 2. in auth. & Accur. in authen. inceſtas, in ver. effectis:
de inceſt. nup. C. Rebuff. de pacific. poſſeſ. nu. 263. vel a tempore pri-
uationis. Item cum ipſo iure vacat beneficium, etiam ante ſen-
tentiam delicti declaratoriam, impetrari poteſt beneficium: in a-
liis requiritur prius ſententia condemnatoria, atque ante illam
recte reus poterit beneficium eiurare, ſeu renuntiare. gloſſ. in cap.
commiſſa, ad verb. iuſto impedimento, de electio. in 6. Felinus in c. in-
quiſitionis, colla. 1. de accuſ. Rebuff. in tracta. de pacif. poſſe. num. 263.
vide Boeri. deciſio. 206. num. 1. 2. 3. Poteſt tamen nihilominus pen-
dente illa accuſatione & ante ſententiam impetrari beneficium,
lite pendente. vt ait Domi. conſil. 105. Boeri. deciſio. 206. num. 5. &
8. ¶ † Per ſententiam etiam vacabunt ea quæ adimuntur, quan- 11
do intra certum tempus decretum, qui poſſident non docent de
titulo: c. ordinarii, de offi. iud. ordina. in 6. ſi non reſederit monitus.
ca. ex parte, cum 3. ſequ. de cler. non reſiden. Atque adhuc, ſi quis ſit
condemnatus & priuatus ſententia, ſi appellatio fuerit ab eo in-
terpoſita, ea pendente poteſt eiurare beneficium. Boe. deciſi. 206.
Rebuff. in tract. de pacif. poſſ. n. 262. per l. qui a latronibus, §. fi. de teſt.
P. ¶ † Ipſo iure & facto vacant beneficia per veram renuntiatio- 12
nem & mortem titularii. vide Boeri. plura cumulantem quod ita
vacent, deciſ. 1. num. 2. Et ita ſunt diuerſa genera vacandi, vt aliud
ſub alio non contineatur. ca. ſuſceptum reſcriptum, de reſcrip. in 6.
¶ † Renuntiatio eſt iuris proprii refutatio ſeu remiſſio ſecundũ 13
Cardinalem. in rub. de renuntiatione in 6. At legitima erit, conſi-
deratis rebus ipſis, beneficiis, & perſonis eiurantium, & eorum
quibus fit, & modo renuntiationis. vt hæc legibus probentur. l.
legitima conuentio, de pact. in P. ¶ † Sunt res variæ quibus applica- 14
ri poteſt renuntiationis vis, vt priuilegia, l. ſi quis in conſcribendo,
de pact. & de epiſco. & cler. C. actiones, l. quæritur, 14. §. ſi vendita,
de ædil. edi. & in P. authen. præſente, de fideiuſſo. C. iura alia, l. mater,
de inof. teſt. in P. l. iubemus, C. ad Vellei. & lites, l. poſtquam litis, C. de
pact. & ſimilia, item & harum rerum quædam præteritæ, quæ-
dam præſentes, quædam futuræ, quibus renuntiatur. vt tractatur
in l. 1. C. de pact. l. de alimentis, de tranſ. C. l. cum hi, eod. titul. in P. cap.
nonnulli, de reſcript. Verum intra fines beneficiorum tractatio-
nem renuntiationis continebimus, & omittemus quæ in ſumma
tituli de renuntiatione tradit Hoſtienſis, quæ poſſint renuntiari,
vbi nihil de beneficiis, cum tamen titulus idipſum deſideraret.
¶ † Beneficia itaque hic ſunt quę eiurari poſſunt propria, non 15
ea quæ alterius ſunt, cap. dilecto, de præben. cap. ſtatuimus. & cap. ad
apoſtolicam, de regula. cap. fin. de crimin. falſ. nemo enim dat, quod
non habet. l. ſi vniuerſa, Cod. de lega. l. traditio, de acqu. rer. dom. in
P. l. ob-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P.l.obſeruare, de offic.proconſ. Latuſque eſt hic diſputationis locus,
quod vulgare fit, de rebus alienis neminem priuatum diſponere
poſſe,l.final.§.final.de pac. C.tit.res int.alio.acta, C.l. in re mandata,
mand.C.l.nemo exterus,de Iudæ.ſine domini voluntate.

16 ¶ Poteſt † & aliquis renuntiare beneficium impetratum, vel
ſibi collatum, antequam adeptus fuerit poſſeſſionem eius, ante-
quam & bullæ ſeu literæ ſuæ prouiſionis fuerint expeditæ: dum-
modo collatio ei facta ſit,& ita iudicatum,Pap.lib.2.Raph. Areſto.
titul.8.areſt.5.quia per illam collationem ius illi competit: ſeu an-
te collationem non poteſt fieri, Boer.deciſio.205.numer.4.& de-
ciſio.308.gloſſ.in cap.1.in princip.& in verb.vacabat, & verſicul. ex
parte,in verb.vacet,de conceſſ.prabend.in ſext.text.in cap.propoſuit,
eod.apud Gregorium.

17 ¶ Obſeruandum † tamen non omnem,qui beneficium habet,
reſignare ſeu eiurare id poſſe: nec eum qui poteſt ex nutu, ſed ex
certis cauſſis.Itaque non renuntiant minor 14.annor.ca.ſi annum.
de iudic.in 6.Angel.de Clauaſ.in ſumma,in verb.renuntiatio,num.1.
furioſus,vel mente captus, qui non contrahere poteſt, vide Ho-
ſtienſem in ſumma de renuntiat.§.quis renuntiare, Gomeſius in reg.
de infir.renuntiant.quæſt.10.facit l.in negotiis,de regul.iur.in P. Ve-
runtamen Boerius vſque ad 25.ann.poteſtatem pœnitendi in re-
uocanda renuntiatione a minore producit,ſi antequam conferat
is,in cuius manus renuntiauit,pœnituerit: niſi ante 25.ann. ſit fa-
ctus doctor minor,Boer.deciſ.250.incipi.& videtur,numer.5.& 6.

18 ¶ Qui † poſſidet quoque beneficium vnitum,non poteſt per-
mutare vel eiurare: quia nec illud vacare dicetur,Federic.in tract.
permut.benefic.quæſt.33.Rebuffus,in 1.part.Prax.benef.titul.de vi-
car.perpet.numer.18.& in reg.de vnionibus gloſſ.9.num.9.per cap.ex
parte,1.de offic.delegat. Singulare tamen eſt in Gallia, vt beneficiũ
commendæ poſſit cum alio titulari permutari, & renuntiari et-
iam coram ordinario: quia apud nos commenda habetur pro
vero titulo,Federic.dict.tractat.permut.benef.q.15.Ruſeus,tractat.
commenta.q.6.Ita obſeruari & tradit Rebuff.in Prax benef.titul.de
comment.num.53.extra Galliam negatur,Ioan.Franciſc.in tract.de
offic.& pot.cap.ſede vacante,q.3.peritis 2.colum.2. Neque prætextu
ſenectutis,ſi vtilis ſit,abdicare ſe poteſt quis beneficio,cap.1.de re-
nuntiat.apud Grego. nec abbas exemtus ſine licentia Papæ renun-
19 tiare abbatiæ poteſt,cap.fin.eod. ¶ Item † is non poteſt renuntiare
beneficio legitime, qui aliquam cauſſam non habet ex iis quæ re-
nuntiationem permittũt, potiſſimum ſi agatur de epiſcopatibus,
de quibus in c.niſi cum pridẽ,de renuntiat.facit & cap.literas, eod.
Illæ porro cauſſæ ſunt,conſcientia criminis, debilitas corporis,
defectus ſcientiæ, malitia plebis, ſcandalum graue, irregularitas
perſonæ.Datur enim prelatura,non ratione præpoſiti tantum,ſed
populi qui præficitur,vt proſit, can.ſi qui epiſcopi.§.ecce cum hono-
ris,1.q.5.c.qui epiſcopatum,8.quæſt.1. Et æquum eſt quemque in ea
vocatione ambulare,ad quam vocatus eſt,ad Epheſ.4. Et poſtquã
quis eccleſiæ alicui coniunctus,veluti vxori fuit,c.ſicut vir.7.q.1.
non debet ab vxore quærere ſolutionem, Prio. ad Corinth.5. nec
recuſare laborem,ſi ei vtilis ſit,cap.niſi cum pridem, §.porro, de re-
nuntiat.can.quis,non poteſt,23.quæſti.4.2.ad Timoth.2. Sed neſcio
num hodie renuntiationes præter has, alias cauſſas habeant legi-
timas quas tamẽ legitimas dicunt: prætexunt enim fucum,quod
beneficium fuit patris, auunculi, vel proximi: ideo proximis re-
ſignant,ſæpe filiis ſpuriis & nepotibus.Et hęc abominatio potius
eſt, dum hereditaria eccleſiaſtica bona facere nituntur cum ſuæ
ſalutis iactura certiſſima, & incidunt in prohibitionem concilii
Pictauienſis,& aliorum canonum,in capit.1.de præbendis, cano.a-
poſtolica,8.quæſtio 1.capit.præſentium de filiis presbyterorum,capitu.
conquerente, capit. ex tranſmiſſa,eodem capit.ad hoc. de decim. capit
conſuluit,de iure patronat.cap.ad decorem, de inſtitution. vide capit.
graue,de præbendis,capit.vno,vt eccleſiaſtic.benef.can. Moyſes, 8.
quæſtio.1.contra renunciãtes proximis.Et ſunt aliqui tam ſtolidi epi-
ſcopi,vel eorum vicarii,qui & iuſtam illam cauſſam putant, quod
in domo alicuius herois beneficium ſucceſſiue fuit, ideo & illis
eſſe donandum, vel eorum hippocomis,aut agaſonibus, aut pin-
cernis.

20 ¶ Eſt † & alia abuſus addita renuntiationis cauſſa, vt quia eiu-
rans inhiat pinguiori beneficio, quod non poteſt aſſequi vel poſ-
ſidere ſimul cum eo ſufficienti quod habet,& ita minus eiurat, &
pinguedinem, non onus venatur. Et ſæpius ſi totum ſuæ non re-
ſeruat capſæ,& ſi fiduciario non tradit, tamen penſionem opipa-
ram ſibi reſeruat in eo,cum prætextu ne maximum ex eiuratione
conſequatur detrimentũ, tanquam ſi ius in beneficio ei eſſet, aut
veluti onus aliquod & ſeruitium diuinum ei impenderet,aut pe-
nes ſe retinere, quod tamen omnino eiurat, vt nec aliquam par-
tem,imo non memoriam retineat: vere in eo fur & latro,præter
fundatorũ animum & mentem ſibi bona vſurpans quæ non dan-
tur niſi propter officium,capit.final.de reſcript.in 6.cano.eos, cano.
ſi quis ſacerdotum,81.diſtinct.cano.præter hæc,32.diſtinct.cap.latores,
de cleric.excommunic.miniſtr.ca.paſtoralis,de appell. Vt mihi im-
probiores videantur iſtæ penſionum conſtitutiones, debitæ his
qui eiurant nec deſeruiunt,diuiſionibus beneficiorum in quibus
& diuinum officium ab iis qui diuidunt & fructus auctus videtur:
quia ab vtroque præſtatur,& nihilominus prohibitæ merito ſunt
concilio Turonenſi,cap.maioribus,cap.8.& cap.cum cauſſam, cap.
36.de præben. Videnturque in fraudem legis hæ penſiones admiſ-
ſæ,proinde vt reliquæ,quæ in fraudem fiunt,improbandæ, vt no-
tat Rebuff.in §.volumus, de collatio.in verbo.permutationis.in con-
cordantiis. Verum videant qui eas admittunt,reddituri de his ra-
tionem.Et caueant aliam frequentiorem cauſſam,ſcilicet vendẽ-
di commercia: ſimonia namque vt plerumque faſcinat oculos.
¶ Ceterum † perſonæ, quibus renuntiantur vel eiurantur bene- 21
ficia,diſtingui probe non poſſunt,niſi prius repetamus dupliciter
fieri renuntiationem beneficii,tacite,& expreſſe. ¶ Tacite † quis 22
renuntiare cenſetur propter iuris regulas ſuo beneficio, ſi illud
habeat pro derelicto: nam & tunc vacare cenſetur,c.1.de offic.vi-
car.c.ex parte,1.de cleric.non reſident.Sic & tacite,adeptione ſecun-
di beneficii incompatibilis cum primo,primum eiurat, c.de mul-
ta,de præbend.c.gratiæ,de reſcript.in 6.Clement.gratiæ,eod.titul.vt ſi
beneficium curatum habens,non promoueatur intra annum, c.
licet cauſ.de elect.in 6.cedendo liti ſuper beneficium motæ, l.poſt-
quam liti,C.de pact.vel per triennium non proſequendo litem,tit.
de pacific.poſſeſſi.in concord. & regul. cancellar. de trien.poſſeſ. Pariſ.
86.volum.4.incip.an capitula. & conſil.145.cum ex facto, colum.3.
eod.volum. Sic ceſſio ibi differt a renuntiatione, vt in aliis notat
gloſſ.antiqua reg.cancell.43. Hæc renuntiatio valet, etſi facta non
ſit ſuperiori qui poteſt conferre, & vt dicunt, etſi non ſit facta in
manibus ſuperioris,c.de multa,de præbendis, gloſſ. in §.1. de ſublatis
clementi.literis,in pragm.ſanction.in verb.renuntiaſſe. Idem de re-
nuntiatione iuris ad rem, c.2.de tranſlat.epiſcop.cum ibi nota.cap.ſi
electio,de electi.in 6.Rota,deciſ.328.titu.de iur patronat.in antiquis,
& deciſ.290.de renunti.in antiq. aliter in renuntiatione iuris in re,
quæ non tenet niſi fiat in manibus ſuperioris. Nec quis perdidit
dominium & proprietatem beneficii,donec ſuperior eam eiura-
tionem ratam habuerit,cap.fin.de renuntiat.c.quod in dubiis,& ibi
no.Innocenti.& Doctor.eodem titul.Ioan. Andr.in regul. is qui ta-
cet,de regul.iur.in 6. Sic tacite beneficium litigioſum quis poteſt
remittere ſine ſuperiore,quando notabile eſt dubium, an ius ha-
beat,cap.2.de in integr.reſtit.Panorm.in d.c.quod in dubiis.

¶ Renuntiatio † expreſſa eſt ea,quæ ſponte fit verbis, & expli- 23
cite a titulario,per quam ſtatim priuatur beneficio:& ſi ea admiſ-
ſa non ſit,diſputat Rota,in deciſio.352.titul.de renuntiati.& de reſti-
tut.ſpoliato.incip.ſi opponatur,in nouis.ſi pure fiat. Neque renunti-
anti datur regreſſus ad eiuratum beneficium ſine noua collatio-
ne, etiam in caſu regreſſus reſeruati expreſſe, cano.quam pericu-
loſum,7.quæſt.1.not.in cap.inter cetera, de præbend.& in cap.cum v-
niuerſorum,de rer.permut.cap.vni.eod.in 6.fuſe hæc explicantur in
deciſ.Rotæ 23.tit.de rer.permut in nouis.

¶ Ceterum † quamuis renuntiatio non valeat, quod ad ſupe- 24
riorem pertinet,ſi in manibus eius facta nõ ſit,(nam poteſt illum
ſi velit in beneficio non obſtante renuntiatione retinere:) tamẽ
quod pertinet ad eiurantem pure & expreſſe,valet, & deſinit eſſe
titularius,Rota in deciſ.352.in nouis.Ita & valet. quod pertinet ad
reſignantem,facta coram laico,vt non repetat beneficium ex pri-
ori titulo,dict.cap.quod in dubiis,& cap.3.de renuntiat. Quare qui
renuntiat ſine ſuperiore, licet non perdat ius,tamen perdit poſ-
ſeſſorium: ideo non poterit agere poſſeſſorio coram iudicibus
ſecularibus ſecundum Angelum, Rebuff.in 3.part. Prax.benefic.
titul.de reſign.expreſſ.numer.13. Angel.in l. penult. de offic.præſid.
in P. ¶ Quamobrem dum reſignatio, vel conſtitutio procura- 25
tori ad reſignandum fit noctu, debent adeſſe tria luminaria, ar-
mentum l.1.§.tria, de vent.inſpic. ſi interdiu feneſtræ apertæ, vt
cognoſci reſignans indubie poſſit a notario & teſtibus, vt ait
Cœpolla, in leg.2.de verborum ſignificatione. Atque hodie ex re-
gia conſtitutione ſubſcribi, ſeu ſubſignari debet hæc procura-
tio, ſeu mandatum ad renuntiandum manu infirmi, præſenti-
bus duobus teſtibus,qui domicilium habeant & noti ſint, vt pro-
curationes fiant, nec ſint proximi vel domeſtici eiurantium:
aut ſi ſe non poteſt ſubſcribere reſignans, debent iidem teſtes

ſe ſubſcribere, & notarius apoſtolicus, qui procurationem con-
ſcribit, debet in ea cauſſas exprimere, ob quas is nõ potuerit ſubſi-
gnare, vt apparet ex conſtitutione Henrici 1. conſtituti. des impe-
trations des benefices eccleſiaſti. 24. Iulii 1550. articul. 3. ¶ Reſignatio
26 expreſſa, † vel eſt ſimplex, vel conditionalis. Simplex pura eſt, ſine
pacto aliquo vel conditione: alia, contra, c. tua nos, de ſimon. Pura
facta reſignatione vacat beneficium, & libere cõferre poteſt cui-
cunque idoneo voluerit ordinarius, cap. 1. & tot. titul. de renuntiat.
27 ¶ Conditionalis † vix recipitur, attamen aliquando & frequens
eſt illa, quæ fit in fauorem alicuius, cui conferri eiurans deſiderat
beneficium, & non alias, nec alio modo, quæ non poteſt fieri co-
ram ordinario, vt nec alia conditionalis, gloſſ. & Doctor. in cap. ex
parte, 1. de offic. delega. quia eſſet ſimonia ea renuntiatio, cano. quam
pio, 1. q. 2. c. cum pridem, & c. fin. de pact. Et quamuis eiurans poſſit
ordinarium rogare, vt conferat alicui ſine motu ſimoniæ, d. c. tua
nos, de ſimon. ſi modo ſit idoneus, aliter enim in ſimonia peccaret,
c ſunt nonnulli, 2. q. 1. c. tuam, de ætat. & qual. gloſ. in can. ordinatio-
nes, 1. q. 1. tamen non tenetur ordinarius illi conferre, pro quo ro-
gatum eſt, d. c. tua nos. cum illa collatio poſt reſignationem ſit ſui
arbitrii. Nec legatus ſummi pontif. etiam hanc reſignationem in
fauorem admittere poteſt, niſi ea de re poteſtatem nominatim
acceperit: eo quod illa conditio ſimoniacam pactionem inducat,
28 gloſſ. & Doct. in c. pactiones, & c. cum pridem, de pact. ¶ Et † proinde
hæc renuntiatio in fauorẽ poteſt a ſummo pontifice admitti, qui
ſimoniam purgare poteſt, non ordinarius, c. ex parte, 1. de offic. de-
lega. Panor. & alii in rubr. de ſimo. Rebuff. in 3 par. Prax. benefic. titul.
de reſignat. condit. quam in fauorem vocant. num. 1. & 2. & ſequent.
In hac reſignatione ſingulare, vt ſi Papa non admittat eam, ſem-
per remaneat reſignans beneficii dominus, cap. inter, de præbend.
Et non cenſeatur facta, niſi prouiſio fiat illi, in cuius fauorem fa-
cta eſt renuntiatio, c. vni. de rerum permut. in 6. Clement. vni. de re-
nuntiat. iſque acceptauerit, non intelligitur dimiſſum quod nondum
ablatum eſt l. nec vtilem, ex quib. cau. maio. in P. & vi prouiſionis il-
lius miſſus fuerit in poſſeſſionem, Rebuff. in d. titul. de reſign. condi.
in fauo. num. 14. 15. 16. 17. 18. 19. Sic enim textus prouiſionis admo-
net fieri, & mens conditionem apponentis, quę in forma in ſpecie
definita impleri debet, l. Mæuius, 54. l. cum quidam, de condit. &
demonſtra. in P. lib. 35. tit. 1. l. 3. de conditio. incer. lib. 6. tit. 46. & defi-
ciente cauſſa & conditione, non cenſetur facta donatio, l. 2. § fin.
29 de donat. in P. cum ſimilib. ¶ Inter † conditionales etiam reſignatio-
nes eſt illa, quæ fit ſub reſeruatione penſionis, & non alias, vel re-
ſeruatis fructibus, vel parte eorum, quæ tantum a ſummo ponti-
fice ad euitandam ſimoniam admitti poteſt, qui plenum ius in be-
neficia habet, c. 2. de præb. in 6. Reb. in 3. par. Prax. benefic. de reſigna.
30 in fauorem, num. 25. ¶ Item † & illa reſignatio conditionalis, quæ
cum regreſſu fit, vt ſi is cui confertur præmoriatur, redeat benefi-
cium ad reſignantem, & reſignans retineat ſemper quoſdam fru-
ctus beneficii. Item cum acceſſu, idque ex cauſſa publicæ vtilita-
tis, idem d. 3. titul. de regreſſi. Sed iſtas conditiones latius non per-
ſequar, cum reſeruationes omnium fructuum, & regreſſus & ac-
ceſſus, in regno Franciæ non probentur per iſtas renuntiationes,
quæ Senatuſconſultis ideo ſæpe improbatæ ſunt, idem in rubri. de
reſeruatio. in concor. & hodie expreſſe concilio Tridentino etiam
coadiutoribus, in concil. Trident. ſeſſ. fin. titul. de reformat. gener. c. 7.
Singulare tamen placitum curiæ ſecreti ſacri concilii, quo Hen-
ricus 2. rex in cauſſa Ioannis benedicti, qui eiurauerat beneficia in
fauorem Franciſci Semelle ſui vicarii antea moribundus, fide ab
eo accepta, vt ſi a morbo, quo laborabat, euaderet, reſtitueret ei
beneficia reſignata. Decreuit namque cogendum eum Senelle
reiurare Benedicto beneficia, & iuſſum ordinariis, cuius collatio-
nis eſſent, idem Benedicto conferre, damnato Semelle ad ſum-
tus, & ad fructuum perceptorum reſtitutionem 29. April. 1558.
31 ¶ Eſt † alia conditionalis, cauſſa permutationis facta, reſignatio:
nam aliis, q̃ compermutantibus beneficia non cenſentur eiurata,
nec aliis conferri poſſunt, Clemen. 1. de rer. permuta. Quare ſi quis
reſignet beneficium in manibus ordinarii, cauſſa permutationis
mecum faciendæ, & mihi conferatur, & antequam ego quod ha-
beo & debeo ex cauſſa eadem reſignem, mortuus fuerit reſignans
vtrumq; beneficium meum erit, nec cogar meum eiurare. Quod
ſi ab altera parte, facta reſignatione, altera recuſante, moriatur in
poſſeſſione recuſans, vacat beneficium eius per mortem, hæc tra-
dit, & rationi. firmat Rebuff. tit. de permuta. num. 28. & 29. Niſi fie-
rent permutationes, vel reſignationes illæ in fraudem nomina-
torum, & graduatorum in Gallia: nam tunc illis deberentur ab
ordinariis, §. volumus, & ibi Rebuff. in verb. permutationis, de colla.
in concord. facit c. ex parte, in 1. de offic. deleg. Et certe verum eſt, an-
te permutationem & collationem vtrinque faciendam, reſigna-
tione vacare vere beneficia, aliter beneficia viuentium confer-
rentur, vt late explicat Dayma, in proœm. Concor. fol. 119. colum. 1.
2. 3. per Clement. 1. de rer. permut. dum dicit reſignata &c. & gloſſ. in
cap. ſi propter. in verb. vacabunt, de reſti. in 6. & ibi Philip. Prach. An-
dre. Dominicus. ¶ Sic enim conſideramus in permutatione vali- 32
da beneficiorum, vt communis compermutantium voluntas ac-
cedat, & conſenſus, cap. 1. de rerum permut. Item eorum, ad quos
pertinet beneficiorum electio, præſentatio, & collatio, Clement.
vni. eod. titul. Et ita reſignentur beneficia, cap. 1. eod. in 6. vt permu-
tentur ſpiritualia ſpiritualibus, ius in re cum iure in re, & non ad
rem, vel contra, cap. fin. de rer. permut. Hoſtienſ. in ſumma eius tituli,
§. quid poteſt permutari. Conſenſus ex cauſſa permutationis tan-
tum reſignatione facta, limitatam cauſſam habet expreſſam & cõ-
ditionalem, ſine qua facta non fuiſſet: quare, quamuis olim de-
cretalium iure vacarent reſignatione facta hac cauſſa beneficia,
& poſſent alteri conferri ab ordinario, cap. inter. de præben. tamen
hodie iure nouiſſimo placuit, ne poſſint aliis, quam permutanti-
bus conferri, cap. vni. de rer. permuta. in 6. Clement. vni eod. ¶ Imo
de † conſuetudine non petitur noua collatio, quando quis redit 33
ad proprium beneficium, reſignatione ex cauſſa permutationis
non ſortiente effectum, Ioan. Andre. in dict. cap. vni. in 6. veluti ſi
beneficium compermutantis fuerit euictum, Rebuff. in tractat. de
pacifi. poſſeſſio. num. 145. & in 3. par. Prax. benefic. de permutati. bene-
fic. num. 12. etſi iuris rigore diuerſum videri verius poſſet, & ſecun-
dum conſuetudinem in Gallia iudicatum in ſenatu Pariſien. 1525.
2. Maii, & in vigilia Beatiſſimæ Mariæ 1539. Rebuff. vbi ſup. Qua-
re qui beneficium tanquam pacificum compermutanti dedit, &
lis mota fuerit tenetur, qui dedit litigioſum, auctor pro euictione
eius qui accepit, & litem ſuſcipere & proſequi: alioquin, qui pa-
cificum pro eo dedit, poteſt reuerti ad ſuum, capit. ſi beneficia, de
præbend. in 6. Rebuff. vbi ſupr. num. 26. ¶ Diximus † autem conſen- 34
ſum patroni laici requiri in collatione ex cauſſa permutationis
facienda, ſi beneficium ſit patronatum glo. in Clementina vnic. de
rer. permutati. Curti. in tractat. iur. patronat. in verb. honorificum, q. 3.
alioquin enim poſſet irrita eſſe collatio, ſpreto patrono. Quod in-
telligendum eſt, ſi patronus contemtum proſequatur, non aliter.
Et ſic collatio hæc ex cauſſa permutationis neceſſaria annullanda,
non tamen nulla ipſo iure dicitur, vt accidit in collatione alia, quę
fit vacante beneficio per mortem, vel reſignationem ſimplicem,
can. decernimus, 16. quæſt. 7. gloſ. in cap. cum dilectus de iure patronat.
in verb. præſentare. Et ita iudicatum fuiſſe tradit Guido Papæus, &
Rota, Guid. Pap. deciſio 374. ita etiam Rota decidit, deciſio. 307. de
rer. permut. incip. permutatio facta per ordinarium, in nouis. Idem de
conſenſu illorum, quorum eſt electio, dicendum eſt, d. Clement.
vni. de rerum permutat. Rebuff. in 3. parte Prax. benefic. titul. de per-
mut. num. 21. Verum ſufficit & patronos & eligentes requiri, nam
non obſtante illorum diſſenſu poteſt ex cauſſa permutationis fie-
ri collatio ab ordinario. Et ſic iudicari tradit Rebuffus, dict. num.
21. facit Federic. in tractat. de permut. benef. quæſt. 24. ¶ Spiritualia
ſpiritualibus † hic permutantur, vt æqualitas ſaltem qualitatis re- 35
rum in ea permutatione adſit, & elidatur nundinationis & ſimo-
niæ ſuſpicio, cap. fin. de rer. permutat. cap. ad quæſtiones, eod. Mattha.
de Afflict. q. Neap. 17. Beneficium vnum cum alio, vel cum pluri-
bus minoribus permutatur, c. cum venerabilis, & ibi Ioan. Andr.
de excep. ſine fraude tamen, dolo, vel pactione. Nam pactio, quam
vocant concordiam in permutatione, cum habeat ſimoniam, ca.
cum pridem, de pact. Panormit. in cap. cum vniuerſorum, 7. nota. de
rer. diui. Pariſ. conſil. 130. colum. 2. ab ordinario collatore, qui ei non
poteſt diſpenſare, non poteſt admitti: ſed tantum a ſummo pon-
tifice, vel eius legato habente poteſtatem, dict. cap. cum pridem, &
cap. fin. de pact. Quocirca in hac concordia non debent contra-
hentes paciſci abſolute, niſi & quatenus approbabitur a ſuperio-
re, cap. quæſitum & cum vniuerſorum, de rer. permutat. Decius con- 36
ſil. 141. incip. ad plura. cap. ad audientiam, &c. ¶ In † renuntiationi-
bus, quæ cum conditione fiunt, vel quæ aliter exigunt collatio-
nem, regula generalis erit: renuntiationem fieri debere in mani-
bus ſuperioris eius, qui poteſtatem habet conferendi, ibi gloſſ. in
verb. ad quos, de iis quæ vi met. cauſſ. fiunt. cap. admonet, cap. quod in
dubiis, & renuntiat. Summus tamen pontifex libere poteſt ſe
pontificatu abdicare, & illum eiurare, capit. 1. de renuntiat. in 6. de
pontif. ſumm. qui renuntiarunt, vide Gomeſi. in regul. de infirm. re-
ſignatio. 1. 1. Ioan. Burgund. tractat. de renuntiat. pappæ. ſuperio-
rem enim non habet. Superior in hoc caſu is eſt, qui poteſt in-
uitum

nitum priuare beneficio, glo.in Clement.vni.in manibus,de renuntiat.& qui diœceſeos epiſcopus eſt,in qua beneficium ſit.Nec poteſt alius, etſi ex priuilegio vel alias conferat beneficium,alterius diœceſeos admittere renuntiationem,gloſſ.& Cardinalis, in Clement.vni.7.quæſt.de rer.permuta. Staphilæus, in 2.modo vacant.nu.15.Ceterum poteſt quis eiurare beneficium, & per ſe,& per procuratorem: quod per ſe poſſit, ex ſuperioribus planum eſt: per procuratorem autem,& renuntiare & acceptare poſſe quem beneficia conuenit inter interpretes,& firmat vſus.

38 ¶Porro † procurator ad renuntiandum ſit in ſpeciali mandato,c.cum olim,§.quia vero,de offic.deleg.l.iuriſiurandum ex conuentione,§.ſi procurator,de iureiur.in P. certus, vel nominatus, l.2.de procurator.gloſſ.in l.tutor incertus, de teſtament.tutel. nec procuratio ſine nominatione certi procuratoris, vt dicunt, in albo valet, Chaſſaneus in conſuetud.des droictz & appart. agens marietz. §.5.in verb.ſans procuration,num.8.Boerius,deciſ.274.quia nec alienatio ſine ſpeciali mandato tenet, cap.qui ad agendum, de procurator.in 6.cap.ſed quod noſtrum,de regul.iur. Sicut & in procuratore ad acceptandum dictum eſt,Doctor.in cap.accedens, de præbend.cap.fin. de procur.in 6.Clementin.non poteſt, eod.cap.procurator, de electionin 6.gloſſ.in §.ſtatuit autem,in verb.procuratorem, de collat.in pragmatica ſanctio. quamuis acceptatio ſine procuratione facta ab eo cuius nomine fit,rata haberi poſſit,& validetur,Doctor.in d.c.accedens,& gloſſ.in cap.quam ſit,de præbend.in 6.gloſſ.& Doctor.in cap.nonnulli,de reſcrip.Nihil tamen intereſt,clericus ſit an laicus procurator: vterque enim conſtitui poteſt: honeſtius tamen fiet, ſi clericus ſit,dict.gloſſ.in d.verb.procuratorem,Panormitan.in cap.decreuimus,de iudic. Formam procurationis ex Henrici ſecundi regis conſtitutione attulimus, dum ageremus de renuntiatione expreſſa.

39 ¶Obſeruamus † hic procuratorem eodem mandato ſeu procuratione conſtitui non poſſe ad permutandum, acceptandum, & renuntiandum,vel contra,ſimul,Rota,deciſ.529.tit.de procurator.incipit, vtrum quis poſſit conſtituere. Rebuffus, tractat.nominat.quæſt.14.num.112.

40 ¶Dehinc † placuit ſenatusconſultis ne procuratoriũ ſeu mandatum duret vltra annum, nec poſtea in vim eius fieri poſſe reſignationes,vel prouiſiones,ita iudicatum fuiſſe tradit Rebuffus,de pacificis poſſeſſoribus,num.145.& 3.parte Prax.beneficio.titul.de procurator.ad reſignan.numer.18.Exſtat conſtitut.Henric.2.tit.de la reformation des prouiſ.apoſto.notaires & banquiers art.10.de l'an 1553.en Mars. Ante poſſe, ſi modo procurator reuocatus non fuerit re integra,& dummodo ante reuocationem cognitam, reſignauerit: nam cum reuocari poſſit procurator,reuocatus nihil agit, ſi cognouerit ante factam ſui reuocationem,non aliter, Clementin.vni.de renuntiat.cap.ſi duo,vbi Doctor.de procurato.cap.fin.eod.titu.in 6.facit l.ſi forte,de offic.præſid.in P. Etenim non eadem ſunt reſignare,& procuratorem ad reſignandum facere: nam illa reuocari non poteſt,vt diximus,hæc re integra poteſt, Rebuffus,in §.1.de ſubla.Clementin.liter.in verb.reſignatione,in concordat. Imo ſi facta reſignatione per procuratorem,antequam is conſenſerit, reuocetur, reuocatio valida eſt, Rebuff.vbi s̃.verſ.nono limitatur. & deſinit eſſe procurator, cum conſenſus eius, procurationis ſit potior pars,& ſine eo non expediantur bullæ, vt ſtatuit regula cancellariæ 43.Boer.deciſ.348.num.1.

41 ¶Si † tamen antequam notarius expedierit procurationem, ei fuerit facta reuocatio manifeſtata, nihil operatur procuratio deinceps expedita,& notarius pro falſario habebitur, idẽ in 3.parte Prax.benefic.tit.de reuocat.procurato.num.9.Sed & ſine intimatione reuocatur procurator, ſi moriatur interim re integra qui conſtituit,Felin.in cap.ex parte decani, Fallen.8.de reſcrip.l.mandatum, & ibi Bald.capit.mand. Et ſi procuratio eſſet facta ad reſignandum ex cauſſa permutationis,ſufficeret intimari reuocationem parti re integra: nam poſt eam monitionem ſi quid fiat,dolo fieri dicetur,Dd.in c.fin.de procurat.in 6.vide de hoc Rebuff.& de aliis 14.cauſſis,in quibus non eſt opus, reuocationem notam fieri procurato.in gl.fin.tit.de ſublat.Clem.liter.in concordat.

## De Modo renuntiationis. Cap. 18.

1 Renuntiantes quid iurant prius.
2 Renuntiatio beneficii ſine vi & metu fieri debet,& quis metus reſcindat eam.
3 Intruſi in cauſſa beneficiali qui dicantur.
4 Simonia ipſo iure priuat beneficio poſſeſſorem.
5 Renuntiatio dolo facta corruit.
6 Renuntiatio fieri debet ſecundum regulas cancellariæ de infirmis reſignantibus,& de duplicandis reſignat.
7 Regula de 20.diebus renuntiationis, & in quibus locum habeat vel non,& 10.
8 Officium regale in Gallia renuntians, debet ſuperuiuere per 40. dies.
9 Regula de 20.diebus non habet locum in renuntiatione facta coram ordinario.

QVI † renuntiant vel eorum procuratores, prius iurant eam 1
ſine dolo,vi,metu, aut ſimonia factam, capit.ſuper hoc,de re-
nuntiat.regul.cancellar.43. Renuntiatio itaque debet eſſe ſponta- 2
nea,& vi impulſiua metuve facta reuocatur, cap.niſi cum pridem,
de renuntiat.c.2.& 4.de his quæ vi met.cauſ.fiunt.can.presbyteros,50.
diſtinct.c.ſolicite.de reſtitut.ſpolia.c.ſciant,de elect.in.6. Sicut & alia
iiſdem modis extorta,tota l.1.& tot.titul.de his quæ vi metuſ.cauſ.fi-
unt,in P.& C.c.requiſiuit,& c.gemmã de ſponſ.l.ſi.C.eo.& aut nulla
eſt,ſecundum Rotam,deciſ.374.fuit dubitatum, in nouis, de renunt.
Butriga.in c.ad aures, de his quæ vi met.cauſ.fiunt, & deciſ.Tholoſ.
285.renuntiatio,aut ſaltem annullanda, ſecundum Caldericum in
conſil.1.de renuntiat.per c.ſuper illo,eod. Quod & in procuratoris ad
renuntiandum conſtitutione intelligi debet, Panormitan.in c.ab-
bas,de his quæ vi metu.cauſ.fiunt,facit c.ad audientiam, & ibi glo.&
c.cum dilectus,eod. Metus hic iuſtus intelligi debet,qui habet re-
ſtitutionis cauſſam,& cadere poteſt in conſtantem virum, cap.ad
audientiam,eo.l.metum,in prima,de eo quod metus cau.in P. iuſtus,
id eſt,probabilis,& non leuis, cap.ſi.de appella. qui & proximorum
eſſe poteſt,c.ſciant,de elect.in 6.& ipſius collatoris,Clemen.multo-
rum,de pœnis. Atque ideo in Gallia ita vi & metu ſpoliatus, vti po-
teſt remedio poſſeſſorio reintegrandæ, cui ſi obiiciatur renuntia-
tio,ea non obſtante iudex poſſeſſionem reſtituet, vel vindicatio-
ne ad poſſidendum ita extortum, gloſſ.in §.ad tollendas,in verb.li-
bere,de electio.in pragmatica ſanction.tuebitur. Sed operæpretium
eſt prius iniuſtam vim probare illatam: nam ea quæ iuſte infer-
tur,pro vi non habetur,l.3.§.1.de eo quod met.cau.in P.l.nec magi-
ſtratus,de iniur.in P. veluti ſi in controuerſia beneficii, iudex de-
tegat aliquem iniuſte re ipſa illud poſſidere, poteſt eum cogere
ſententia excommunicationis, & aliis modis illud eiurare vel re-
nuntiare, ſcilicet dum dimittitur illi ipſum de facto, cap.quia di-
uerſitatem,de conceſſ.præbendar.cap.ad aures,de exceſſibus prælator.
capit.relatum eſt,de iure patronat.c.ex inſinuatione,eod.cap.accepta,
de reſtitutione in integr. Veluti qui reſtituere iuſſus eſt,ſi non obſe-
quatur, manu militari cogendus eſt,l.qui reſtituere, de rei vindic.
in P.cap.cum aliquibus,de re iudic. ¶Neque † qui improbam ha- 3
bent poſſeſſionem,titularii dicuntur, l.improba. C. de acquirend.
poſſeſſ.& beneficiarii,ſed intruſi: quales ſunt omnes, qui non in-
trant in beneficium, per oſtium, aut ſine canonica inſtitutione,
cap.relatum,de iure patronatus.& qui interrogati cur poſſident,ni-
hil aliud quod reſpondeant habent,quam quod poſſideant, l.qui
interrogatus, de petit.heredit.in P.Bald.in cap.nihil.eſt.de electione.
Item illi qui ſine titulo ſunt,& cauſſa poſſidendi,l.nulla,l.nec vlla,
§.omnibus,de acquir poſſeſſ.ſi poſſeſſionem nanciſcantur beneficii
ante collationem,Panormit.in c.cum iamdudum.per illum text.de
præbendis,c.ne ſede vacante, c.paſtoralis, de priuileg. vel poſt colla-
tionem,propria auctoritate alio poſſidẽte,poſſeſſionem capiant,
c.ad aures,de exceſſi prælato.c.eum qui,de præben.in 6.can.placuit.16.
quæſt.6.l.ſi ex ſtipulatione,de acquirend.rer.domin.de Selua,tract.de
benefic.per 3.q.15. Mandatum enim collatoris eſt exſpectandum,
cap.2.ne ſede vacante,cap.cum veniſſent,de reſtitut.ſpolia.& quidam
auctoritatem & mandatum ipſam collationem & inſtitutionem
interpretantur,Panormitan.& alii in cap.cum iamdudum,de præ-
bendis.Felinus,in cap.in noſtra,de reſcrip.in c.venientes,de accuſatio.
Quibus addere poſſumus alias intruſionis ſpecies,quas tradit Fe-
linus,in d.c.in noſtra,de Rebuff.in §.1.de pacif.poſſe.in ver.violentos,
in concord.in quibus ſi per iudicem ademtio vi fiat, non dicetur
iniuſta vis, nec metus ille reſignationem reſcindet. Similiter ne-
que vis illegitima illata poſt renuntiationem reſcindet actum
priorem legitimum & liberum,Lapus,allega.23.vel ſi,poſt renun-
tiationem vi metuve factam, purgata vis metuſve fuerint,vtpote
ſi facto ſpoliationis, & reſtitutioni pacto renuntiaſſet, vel iura-
mento,gloſſ.in cap.ſuper hoc,in verbo reſignationis de renuntiat. Ro-
ta,deciſio ſexageſimo octauo,incipien.nota quod poſt ſpoliationem, ti-
tul.de renuntiat.in antiquis. quamquam non valeat renuntiatio
beneficii facta poſt ſpoliationem,c.ſolicite,de reſtit.ſpolia.& tamen

reſtitutioni ſpontaneæ renuntiari poteſt, *Rota, deciſ. 68, & 42. in-
cip. nota quod ſi ſpoliatus, tit. de renuntiat. in antiq. & deciſ. 326. inci.
nota quod exſiſtenti in poſſeſſione, in antiq.* & inuiolabiliter ſeruabi-
tur iuramentum, *auth. ſacramenta puberum, ſi aduerſ. vendit.* ¶ De-
4 bet † etiam eſſe a ſimonia libera renuntiatio, *c. ſuper hoc, & ibi gloſ.
in verb. pecunia, de renuntia.* Nam ſemper probata ſimonia, priuat
beneficio, ſiue publica, ſiue occulta ſit, ſimoniacum poſſeſſorem
ipſo iure. Proinde beneficium poterit ita obtentum vel reſigna-
tum, impetrari vt vacans ipſo iure: & poſtea poterit probari ſimo-
nia, *Rebuff. 3. parte Prax. benef. de ſimo. in permutation. numer.* 11. Et
quamuis collatio ex cauſſa illa reſignationis ſimoniaca nõ valeat:
tamen qui reſignauit, non poteſt illud beneficium repetere, nec
ille qui ſimoniace adeptus eſt retinere, *idem vbi ſ. nume. 2. gloſſ. &
Doctor. in cap. conſtitutus, de tranſ. Guid. Papæ. conſil. 172. frater Hu-
5 go &c.* ¶ Dehinc † ſine dolo debet eſſe renuntiatio, *d. c. ſuper hoc,
de renuntiat.* quia in omnibus, & in cauſſis potiſſimum beneficia-
libus, bona fides interuenire debet, *c. cum dilectus, de elect.* & li-
ber conſenſus in reſignatione exigitur, *d. c. ſuper hoc.* Cui obiicitur
6 vt vis & metus, ita & dolus. *l. mulier, §. ſi metu, quod met. cau.* ¶ Inſu-
per obſeruare oportet in reſignationibus, regulas cãcellariæ Ro-
manæ curiæ duas. Altera eſt, de infirmis reſignantibus, *Reg. 18.* Al-
tera de publicandis reſignationibus, *Reg. cancellar. 34.* de qua ſu-
pra diximus, dum egimus de modis legitimis dandi beneficia,
dumque palam dari debere probauimus. Igitur de priori nunc
7 tantum. ¶ Prior † ſtatuit, vt collatio facta in vim reſignationis,
vel reſignatio facta in fauorem non valeat, niſi reſignans in infir-
mitate conſtitutus ſuperuixerit per 20. dies, *d. reg. cancel. 18. & ibi
glo. facit cap. 2. de renuntiat. in 6. Guillel. Bened. in repet. c. Raynutius.
in verb. in extremis poſitus, num. 26. de teſta. Explicat hanc regul. Re-
buffus in 3. par. Prax. benefic. tit. de regu. de infir. reſign. & Gomeſi. ex-
plicat per 41. quæſtiones.* Ne eccleſiaſticis facultatibus quis abuta-
tur, & ne cum inſtare vitæ periodum arbitratur, audeat veluti te-
ſtamento aut iure teſtamenti, ſanctuarium Dei transferre, *ca. 1. de
præb. can. plerique, 8. q. 1.* Item ne per huiuſmodi reſignationes, or-
dinariorum ius, vel exſpectantium beneficia fraudentur. Cur au-
tem in hac regula 20. dies potius, quam plures vel pauciores ad-
iiciuntur, diſputat Gomeſius, *in regulam de infirmis reſign. quæſt.* 25.
Numerandoſq; dies 20. a die præſtiti conſenſus per reſignantem
ſupplicatione ſignata, *in q.* 31. Et quomodo de momento in mo-
mentum dies computandi. *q. 37. & gloſſ. antiq. in illam reg.* 18. *can-
cell.* Et Rebuffus, *in eãdem 10. in 3. part. Prax. benef.* Et hanc regulam
fuſe probat Gomeſius locum habere in renuntiatione facta pa-
patus per ſummum pontificem, *Gomeſ. q.* 1. Item in cardinalibus,
*quæſt.* 3. & eorum familiaribus, *quæſtio. 4.* in exemtis ab ordinariis,
*quæſt.* 5. in fœminis regularibus habentibus dignitates collatiuas,
*quæſt.* 5. Item in commendis perpetuis, non autem in temporali-
bus eiuratis, *quæſt. 13.* & in infirmo qui renuntiauit iuri ſuo quæſi-
to in beneficio, vi alicuius gratiæ, *quæſt.* 18. & in renuntiatione ex
cauſſa permutationis, *idem q. 19.* Dubitat & de reſignatione facta
cum retentione fructuum, *quæſt.* 20. Aſſerit autem & in benefi-
ciis patrimonialibus, quæ perpetuo dantur in titulum, *q. 21. & 23.*
At non habet locum in Imperatore, qui renuntiauit imperio ex
conſenſu electorum, *Gomeſ docet quæſt. 2. in hanc regul. de infirm.
reſig.* nec in ſenibus renuntiantibus, *idem q.* 7. in intrantibus mare,
& renuntiantibus metu tempeſtatis, *idem q.* 8. nec in peſte infe-
ctis, *quæſt. 9.* in infirmis vulnere non lethali, *idem q.* 11. *gloſ. antiq. in
regul. cancel.* 18. & in eo qui ſanus erat tempore renuntiationis &
conſenſus ſumm. pontif. quamuis poſtea fuerit infirmus mortuus
intra 20. dies, *idem Gomeſ. eod. q.* 12. Item nec in beneficiis conſi-
ſtorialibus, id eſt, quæ conceduntur per reſignationem in conſi-
ſtorio Papæ, *quæſt.* 14. nec in beneficio vnito, *quæſt.* 15. nec in tranſ-
lationibus penſionum, *q. 16.* vel in eiuratione beneficii patronati
cum licentia patroni, *q.* 17. Nec in officiis curiæ Romanæ, potiſſi-
mum ſecularibus, quæ teneri poſſunt ab vxorem habentibus, &
8 in aliis quibuſcunq; mixtis cum ſpiritualibus, *quæſt.* 22. ¶ In † Gal-
lia, in officiis profanis renuntiatis inter manus regis, qui renun-
tiat debet ſuperuiuere per 40. dies: vnde quando officii regii ad-
mittitur renuntiatio, ſolet rex in literis excipere, dummodo reſi-
gnans infirmus non ſit, & viuat per quadraginta dies, *in deciſ. Frã-
ciſ. Mar.* 284. *in* 1. *parte. Rebuff. in reg. de infir. gl. 5. in 3. part. Prax. be-
nefic.* Receptum tamen eſt in Gallia eam regulam de viginti die-
bus ſeu de infirmis: locum habere in beneficiis & officiis eccle-
ſiaſticis collatis a rege iure ſuo, *Papus Rhapſo. lib. 3. areſt. tit. 2. areſt.
9 5. & 2.* ¶ At † inter omnes quoque conuenit tandem regulam
illam non habere locum in reſignatione facta coram ordinario:
quia coram eo nõ fit reſignatio in fauorem, & ipſe liber in confe-
rendo eſt, vt ei cui conferre rogatus eſt, vel alii poſſit concedere:
quod non habet locum in renuntiatione, quæ corã ſummo pon-
tif. fit in fauorem, & non alias. Et ſic eſt neceſſaria & conditiona-
lis, & ita iudicatum, *idem vbi ſ. areſt. 1. tit. 2. lib.* 1. quamuis in cõtra-
ria ſit ſententia Gomeſius, *in d. reg. de infir. q. 16.* & alii. ¶ Quando
intra 20. dies reſignans moritur ex eadem infirmitate, quamuis 10
vere vacet beneficium per reſignationem poſt impetrationem,
*alioquin collatio nulla de beneficio non vacante, c. 1. & 2. & c. cum no-
ſtris, de conceſſ. præb.* ob eam mortem nullam: tamen cenſetur va-
care per obitum, vt reſignatio habeatur pro non facta, *gl. in Clem.
1. de immunita. eccleſ. Gomeſ. in d. regul. de infir. reſign. q. 30.* Neq; per
clauſulas generales, vt illa, vel alias quouis modo vacet poſitas in
ſupplicatione reſignationis mortui infra 20. dies, comprehendi-
tur iſte modus vacationis per obitum ficte inductus, per dictam
regulam de infirmis, quia prędicta reſignatio hic annullatur, vt la-
te docet Gomeſius, *eod. q.* 34. Receptum eſt tamen ſumm. pontif.
poſſe huic regulæ de infirmis derogare, & legatum cum poteſta-
te derogandi creatum, ſi modo expreſſe deroget, *idem in d. regu. q.
59. & fin. Rebuff. in illam reg. gloſ. 2. num. 24. & 25. & in §. præfatiq;
ordinarii, in verb. vacare, de colla. in concord.* Et ita placitis ſupre-
marum curarium ratum eſt, *Pap. lib. 3. areſt. tit. 2. areſt. 3.*

## De Vacatione per mortem titularii. Cap. 19.

1 *Vacat beneficium ipſo iure per mortem.*

RECTE † etiam beneficium dicitur vacare iure & facto, per 1
mortem vltimi poſſeſſoris veri titularii. Nam beneficia tan-
tum conceduntur ad vitam vtenda, vel fruenda, & regenda, vt do-
cuimus in finitione beneficii, nec de his diſponi poteſt, vel iure
hereditatis conſtitui, *c. 1. de præb.* Mors ſeparat corpus & animam,
*l. ſi mater, C. de inſtituti. & ſubſtit.* & hæc eſt mors naturalis, de qua
hic intelligimus, quæ non continet ciuilem, ſicut nec in aliis be-
neficiorum quæſtionibus, *gloſ. in c. ſuſceptum, in verb. non morte, de
reſcrip. in 6. & in c. quamuis, in 1. de præbend. in 6.* Et cum mors o-
mnia ſoluat, *§. deinceps, in auth. de nupt. colla.* 10. ſoluet & ius, vſus,
vel vſusfructus beneficiarii in beneficio, *c. 2. & c. fin. de loca. c. ſi ne
præla. vic. ſuas, Clem.* 1. *de reb. eccleſ. non alie.* morte eius: vt in vſufru-
ctu alterius generis receptum eſt, *§. finitur, de vſufruct. l. 3. §. ſi. quib.
mod. vſusfr. amit.*

## De Beneficio litigioſo. Cap. 20.

1 *Beneficium litigioſum quod dicatur.*
2 *Beneficiorum Ius de poſſeſſorio aut petitorio.*
3 *Beneficiorum poſſeſſio & titulus coram iudicibus ſecularibus in
Gallia tractatur: contra iure canonico.*
4 *Vnionis beneficii controuerſia agitur coram iudice regio in Gal-
lia.*
5 *Poſſeſſorii iudicii pro beneficiorum litibus methodus.*
6 *Dilationes quot dandæ in iudicio poſſeſſionis beneficiorum.*
7 *Poſſeſſorii duæ prouiſiones, vindiciæ ſeu recredantia, & ſeque-
ſtratio.*

SVperiora † pertinent ad beneficia, quæ cuiuſque dici poſſunt, 1
vel nullius ſunt: nempe ad beneficia iuſte poſſeſſa, vel vacan-
tia. Poſtrema nunc his adiicienda eſt conſideratio, perſonarum
poſſidentium beneficia, de quibus incertum aliquandiu eſt, num
vere poſſideantur, an vero iniuſte, an num vacent. Ea erunt liti-
gioſa, controuerſia coram iudice mota, poſtquam a iudice com-
petenti citatio emanauit, & ad aduerſariũ citatũ peruenit, vel per
eum factum eſt quo minus ad notitiam perueniret: dum in cita-
tione talia ſunt expreſſa, per quæ plene poſſit inſtrui, de quibus in
iudicium conuenitur, *Clem. 2. vt lit. penden. c. non poteſt, de procur. c.
vt circa, de electio. in 6. c. procurator, eod. Clemen. cauſſam, de electio.
cum ſimilib.* ¶ Porro † iudicium omne & controuerſia beneficio- 2
rum vel poſſeſſorium reſpicit, vel petitorium, *c. fin. de indic. tit. de
cauſſ. poſſeſſ. & propriet.* Iudices vtriuſque idonei iure canonico
pontifices ſunt, ſeu epiſcopi ordinarii, *c. 3. & tot. tit. de for. compet. &
de iudi.* ¶ In † Gallia tamen magiſtratus regii de his litibus, vbi de 3
poſſeſſorio ſeu interdicto retinendæ, ſeu *maintenue ou complain-
te*, & recuperandæ cognoſcunt, *Guid. Pap. deciſ. 1. diſputant Interp.
in c. fin. de Iudic. Cardinal. Zabarel. in Clem. diſpendioſam, de iudic.
§. 1. de cauſ. in pragm. ſanct.* quamuis Fernandus hoc durum ſatis &
vſurpatum exiſtimet, multis rationibus, *Bereng. Fernan. in repet. §.
nihil commune, l. naturaliter, de acquir. poſſeſſ. in 5. præfat. nu. 3.* Quas
tamen

tamen vna mea ſententia temperare poterit ratio ita expedire fi-
eri,& dum de poſſeſſione tutanda,vel defendenda quæritur, po-
tius ad ſeculares poteſtates recurrendum, ad quas gladii tempo-
ralis exſecutio pertinet cõtra huiuſmodi prædones & ſpoliandas,
quos eccleſiaſtica cẽſura vix a temeritate poſſet compeſcere. Sed
& lites beneficiorum, quæ ad ius regaliorum pertinent, & ea ra-
tione collationis,ſiue petitorio ſiue poſſeſſorio agatur iudicio,ſe-
natus Pariſienſis cognoſcit & ſopit, *Carol. Molin. in regul. cancell.*
4 *de infir. reſig num.* 189. ¶ Cognoſcunt & regii iudices in Gallia de
poſſeſſorio vnionis controuerſæ. *Rebuff. in* §.1. *de cauſſis, in concor.*
Sed & in concilio Baſilienſi,tit. de cauſſis,approbãtur iuriſdictio-
nes in litibus beneficiorum. Et placuit ſenatui Pariſienſi interdi-
cta retinendæ poſſeſſionis,de omni re ſpirituali coram iudice lai-
co proponi,& pro decimis, *notat Rebuffus in comment. ad conſtit.*
*reg. Tomo* 2. *Rubr. des matieres poſſeſſoires, art.*2. Prius de poſſeſſione,
quam de proprietate in omnibus fere iudiciis agendum eſt, *l. ſi de*
*vi, de iudic. in P.* §. *retinendæ, de interd.* quanquam vtriuſq; quæſtio
ſimul proponi poſſit, *c. cum dilectus, de cau. poſſeſ.* Præuenta tamen
poſſeſſorii in curia regia quæſtio,in Gallia impedit,ne agi poſſit a-
libi de petitorio, *Conſtit. Franciſ.* 1. *publicata an.* 1539. *art.* 48. ¶ Iſtius
5 porro † poſſeſſorii iudicii methodus hæc eſt. Primum neceſſe eſt
obtinere ab officina ęquitatis ſiue cancellaria regia diploma reti-
nendæ, ſeu *Complainte en cas de ſayſine & nouuellete*, ſeu intra an-
num, *ead. conſtitu. art.* 51. a die turbatæ poſſeſſionis, *in conſtit. Caro-*
*li* 7. *in primis arti.* 70. *& conſtit. Franc.* 1. *artic.* 61. *in publica an.* 1539.
Tradit & Rebuffus annum computandum in beneficiis poſt ad-
eptam poſſeſſionem titularii, & non a die mortis prioris titularii,
vel vacationis,& ita iudicatum, *Rebuff. in coniectaneis ad conſti. re-*
*gi. tomo* 2. *conſtit. tit. des matieres poſſeſſoir. art.* 2. Interdũ a ſeneſchar-
chiis,querimoniæ ſeu retinendæ ſolent impetrari, quando illi iu-
ridici ſolent iure ſuo,ſine commiſſione negotii hac de re cogno-
ſcere,cuius generis eſt ſeneſcharchus Cadurcenſis, *Aufreri. in ſtyl.*
*parlam. ad tit. de cau. nouit. ad* §. *illum, item in caſu nouitatis.* Horum
deinceps diplomatum exſecutio per apparitores fit,& dies nomi-
ne impetrantis dicitur aduerſario, vt ſiſtat iudicio coram iudice
legitimo,vel eo cui dirigitur reſcriptum, *in pri. conſtitutio. Carol.* 7.
*art.* 71. inſtructus & paratus ad litem agitandam,nulla alia poſtulã-
da dilatione, *in conſti. Carol.* 7. *primis artic.* 63. *& Carol.* 8. *art.* 32.

¶ Niſi † pro copia facienda,vocãt *communicationem titulorum*, 6
quæ neceſſaria eſt,vna legitima concedatur, *conſtit. Franciſc.* 1. *an.*
1539. *art.* 46. *&* 47. Interim autem,ſi de vi timeatur,ſequeſtratur
beneficium, ne ad arma proſiliant litigantes, *arg. l. æquiſſimum, de*
*vſufruct. P. clemen. vni de ſequeſtrat. poſſeſ. & fruct.* Poſtea lis con-
teſtatur,qua audita,iudex aliam eamque vnicam dilationem con-
ſtituit, *in conſtitut. Franc.* 1. *an.* 1539. *art.* 47. ad edendos ſeu produ-
cendos titulos, quibus vti decreuerint poſſeſſores & litigantes,
quorum quilibet ſe dicit iure poſſidere, quæ dilatio niſi a ſenatu
prorogari nequit. Hic nullorum teſtium allegatio vel editio ad-
mittitur. Et tunc partes iudicis ſunt, habita titulorum ratione, ſe-
cundum eum vindicias vel recredentiam ferre, qui ius apparen-
tius in beneficio videbitur habere, *eo. artic.* 46. *an.* 1549. *& Caroli*
7. *in primis. art.* 58. *l. ſi. C. de edict. D. Adria. toll.* vel ſi non liqueat,ſe-
queſtrare. ¶ Sunt † enim duæ prouiſiones interdicto poſſeſſorio, 7
vindiciarum,& ſequeſtri, *Rebuffus in coniectaneis in conſtitut. regi.*
*tomo* 2. *tit. des matieres poſſeſſoires art.* 1. *nu.* 2. In beneficialibus quip-
pe cauſſis oportet poſſeſſionem colore aliquo tituli fulciri, *cap. ad*
*decimas, de reſtitut. ſpoliat. in* 6. *Præpoſitus, in ſum.* 3. *q.* 1. ne vitioſus ad
eam detur ingreſſus, *c.* 1. *de eo qui mitt. in poſſeſſ. in* 6. *Specul. in tit. de*
*teſte.* §. *nunc videndum, verſ. ſed pone ago gloſ. in Clement. vni. de cau.*
*poſſeſ.* potiſſimum cum in beneficiis quæratur de iure, *c. licet cauſ-*
*ſam, de probatio. gl. vlt. in Clem. vni. de cauſ. poſſeſſ.* Niſi forſan agatur
interdicto recuperandæ, ſeu vt dicunt reintegrandæ vel reſtitu-
endæ poſſeſſionis: quia tunc ſufficit ſine exhibitone tituli, pro-
bare ſe fuiſſe in poſſeſſione tempore motæ litis, & ſpoliatum fu-
iſſe, *Aufrer. deciſio. quæſtio. Tholoſ.* 15. *l. ſi quis ad ſe feudum, C. ad le-*
*gem Iulia de vi publ.* Atq; ante omnia reſtitutio fit, *can. reintegran-*
*da,* 3. *q.* 1. *tot. tit. de reſtit. ſpolia.* Interdicto retinendæ non item,quia
habet cauſſam proprietatis annexam, *l.* 2. §. *quædam, de interdict. in*
*P.* In vindiciis non deſideramus exactam iuris probationem, *cap.*
*in literis, de reſtit. ſpol. interpr. in Clemen. vni. de cau. poſſeſ.* Verunta-
men hic pro quo ſententia de momentanea poſſeſſione fertur,
ſatiſdare debet de fructibus reſtituendis, *l. fin. C. vti poſſidet.* ſi opus
fuerit reſtitui poſtea. Subinde in pleno poſſeſſorio lis eſt perſe-
quenda, teſtes ſi quos litigantes allegent recipiendi audiendive
ſunt,& tandem ſummarie & de plano finis negotio imponendus,
*Clem. diſpendioſam, de iudic. Clem. ſæpe. de verb. ſignific.*

# DE PVBLICIS ET ALIIS SECVLARIBVS PERSONIS.

## LIBER XVIII.

### De Principibus generaliter, & de illegitimis. Cap. I.

1 *Principatuum, & principum diuiſio.*
2 *Principum illegitimorum ſpecies.*
3 *Othonis imperium.*
4 *Didii Iuliani nundinale imperium.*
*Iulianus Imperator magnus, capite damnatus.*
5 *Gyges Imperator Lydorum ex nece domini.*
*Darii imperium, eod.*
6 *Regna occupata, ſunt magna latrocinia.*
7 *Regnum vi occupatum, vi tantum retinetur, & infelicem habet exitum.*
8 *Reges in tyrannos quare degenerent.*
*Tyberii Cæſaris vitium, eod.*
*Caii Caligulæ Cæſ. vitium, eod.*
*Claudii Cæſ. vitium. eod.*
*Galbæ Cæſ. vitium, & mors, eod.*
*Domitiani Cæſaris vitia, & mors, eod.*
*Commodi Cæſ. vitia, & mors. eod.*
9 *Antonini Caracallæ vitia & mors.*
*Auiti Cæſ. vitia, & mors eod.*
10 *Gallus Cæſar crudelis, & mors eius.*
*Adorari voluit Conſtantinus* 2. *Cæſar. eod.*
11 *Darii ſuperbia.*
*Rex regum dici voluit Darius, & conſanguineus Deorum. eod.*
12 *Reginam reginarum ſe vocari voluit Cleopatra.*
13 *Conuiuiorum inuentores Piſiſtratidæ.*
14 *Regnorum ſtatum, & morbi.*
15 *Principatum vſurpantes illegitimi.*
16 *Reges & principes temporales, & annui.*
*Bœtarchia quid. eod.*
*Reges bini annui Carthagine. eod.*

HACTENVS † dictum eſt de principibus, & perſonis 1
publicis eccleſiaſticis, deque eorum cura, & ſolici-
tudine, miniſterio & ſacerdotiis eorum. Agendum
nunc eſt, de publicis aliis perſonis ſecularibus, prin-
cipibus, magiſtratibus, & aliis. Principatuum publi-
corum alii ſpirituales, alii ſeculares, *can. imperium, & c. quoniam,*
10. *diſtinct. can. cum ad verum,* 96. *diſt.* vt diximus: & horum alii il-
legitimi, alii legitimi dicuntur.

¶ Illegitimi † ſunt, qui vel malis artibus ad legitimum imperiũ 2
conſcendunt, vel illud legitime conſecuti male exercent, & tyran-
nice imperant: vel qui illegitimum, & præter morem ſibi nouum
ſtatuunt imperium. ¶ Priorum † ſuppetunt exempla eorum, qui 3
regno aliquo, quale Othonis Imperatoris, qui necato Galba, ſce-
leſte imperium, & pecunia conſecutus eſt, *Xiphil. ex Dione, in O-*
*thone.* vt & Didius Iulianus. ¶ Nam † inter Didium Iulianum, & 4
Sulpitianum clauſis portis vrbis Romæ, occiſo Pertinace, auctio-
ni expoſitum eſt imperium & licitationi a militibus: addictione
autem vicit Iulianus, & ita Imperator nominatus. Quem tamen
populus reſpuit, indignus alioquin imperio, qui & magiæ cauſſã
multos necauit pueros, necatus ipſe, & capite a ſenatu damnatus,
& Seuerus Imperator nominatus, *idem ex Dio. in Didio Iuliano.*
*Herodi. in* 2. *hiſt. Cæſ.* ¶ Sic † impie ex nece domini Candaulis, Gy- 5
ges imperio Lydorum potitus eſt, cuius & vltio in abnepotẽ Gygis
venit, *Herod. in* 1. Darius ẽt Hiſtaſpis filius, dolo imperiũ Perſarum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN